MILLELOQVIORVM IVRIS, OPERIS MISCELLANEI, EX OMNI FACVLTATVM GENERE COLLECTORVM,

IN QVIBVS NOTABILIA DICTA, ſingulares deciſiones, abſtruſi legum intellectus miro artificio ſingularique iudicio explicantur.

OMNIBVS TAM IN SCOLIS QVA'M IN FORO verſantibus apprimè vtilium.

Gaſparis Caballini I. C.

POSTERIOR PARS.

Cum Indice locorum inſignium locupletiſsimo.

CVM PRIVILEGIIS CAESAREAE MAIESTATIS, & Illuſtriſsimi Senatus Veneti.



VENETIIS,
Apud Petrum Longhum,
M. D. LXXV.

REVERENDISSIMO, AC MVLTVM ILLVSTRI, D. GABRIELI DE MONTE ESII EPISCOPO,

Gaſpar Caballinus Iuriſc. S.

QVANTA ſit (Reuerendiſsime Epiſcope.) bonarum ar
tium laus, quantique literati viri æſtimentur, ab An
tiquis ratio petenda eſt. Nam cum in mundi infan-
tia homines agreſtem vitam tranſigerent, profugi
huc atque illuc diuagarentur: viri ſapientes, velut
è cælo demiſsi, in vnum illos colligere cœperunt, certiſ
que finibus vitam eorum circumſcribere, inde humana ſocietas orta, di
cta hominum cœtus, inde Ciuitates conſtrui, Reſp. creari, & ſic rudis
illa atque agreſtis vita circurari cœpit. Quo facto, vt ciuilius atque tran
quilius uiueretur: leges quædam, partim religionem, partim mores reſpi
cientes conſtitutæ fuere.: quas Magiſtratus quidam creati obſeruari ex
citabant conſtringebantque, qui illud ius ita callebant, vt æmulatio-
ne quadam homines mutuò conſerere incitarent, & in illud totis viribus
ſtudebant, vt viri docti euaderent: ea ſic ducti ſpe, vt aliquando talis
prouincia eis crederetur. Et ne externa exempla repetamus, habuit ius
noſtrum ciuile Gallum illum Aquilium iuſtitiæ & æquitatis amatorem,
Quintum Mutium Sceuolam Iuriſconſultorum eloquentiſsimum & elo
quentium conſultiſsimum, Papinianum acutiſsimi ingenij uirum, Vlpia
num ſummæ virtutis πολιςογον, iuris noſtri ciuilis coripheos, & alios id
genus plures. Quorum aculeis excitatus huic legali phyloſophiæ operam
nauare, tum maiorum meorum conſilio, tum propria electione iamdu-
dum conſtitui, in eoque per uiginti & vltra annos verſatus ferè uiribus at
tritus ſum. Cum igitur ſucciſiuis horis, velut parerga, hanc ſecundam
MILLELOQVIORVM partem in vnum congeſiſſem, poſtremamque ma
num illis admouiſsem, in animoque ſederit, vt priorem ita hanc poſterio
rem partem in publicum dare, ne ſine alicuius patrocinio prodiret, tu mi-
hi in præſentia occurriſti, cui illam dicarem, tuoque iure eſſe cenſerem.
Verum ſilentio pretereundum non duxi Proſapiæ tuæ ſplendorem, qui cũ
maximus antiquitus fuerit, lucidiorem tempeſtate noſtra reddidit Iulius

III. Pont. Max. patruus tuus, qui adeo piè, ſanctè, iuſtèque luſtro plus minus Eccleſiam Dei rexit, vt cęteris poſt ſe ſucceſſoribus rectè gubernādę Chriſtianę Reip. exemplum reliquerit. Adfuerunt & purpurati viri. Ades & tu, quem iamdudum Bononię cognoui, dum huic legali philoſophię operam dares, in quo ſtudio quantum profeceris indicium nobis pręſentaneum adfert aſſumptio tua, mox poſt inſulas doctorales ſuſceptas, ad Epiſcopalem Eſinę eccleſię dignitatem. Poſtmodum (non multa temporis intercapidine poſita) Oecumenico Tridentino Concilio coacto, vbi & tu interfuiſti, in quo ſic dexterrime votum tuum explicabas, vt multis admiratione eſſes, quantum acerrime pro E clesię Dei zelo contenderes. Quod poſtea opere completum vidimus. Nam eo explicito Concilio, nulla interpoſita mora, illius decreta, canones, conſtitutioneſque vt executioni quàm celerrimè mandarentur, tua congregata ſynodo, omnibus intimaſti, uetuſtate temporis collapſa reparaſti, laudabiliter obſeruata confirmàſti, & (quod maximum fuit) nondum obtenta à tuis Prędeceſſoribus tua prudentia induxiſti, quę hucuſque conſeruas & in futurum ſeruari ſperandum eſt. Ex quo factum eſt, vt non ſolum circum adiacentes ſed procul exiſtentes dœceſani tui nominis famā celebrent, tuique inſtituti ęmulatores eſſe contendant. Vt pręſens opus tibi nūcuparem me imprimis impulit benignitas tua, qua omnes ſic excipere ſoles, vt nunquā abs te diſcedant, quin tibi deuinctos ſemper facias. Poſtmodum, vt meę erga te obſeruantię ſignum oſtenderem, quandoquidem cum apud te ſemper me commendatum habeas, opera & ſolertia beneuolentiaque D. Sebaſtiani Silueſtrij Ciuis & Compatris mei obſeruandiſſimi, qui in tua Eccleſia poſt te primum obtinet dignitatis locum, uiri equidem uirtute, moribus atque bene inſtitutę vitę ſanctitate prę diti, vt tibi in hoc etiam congratulari debeam, tuam eccleſiam uirum ſic omnibus numeris conſtantem Priorem habere. Sed de his ſatis. Hoc igitur munus, qualecunque ſit, iucundo ſuſcipies animo, atq; e ſub nutu tui nominis à latrantium canum baubatibus proteges.

Vale Venetijs Calendis Nouembris. M D LXXIIII.

AVCTOR AD LECTOREM.

DVM propero ſecundam MILLELOQVIORVM partem imprimi, in mentem ſubiit, literis exarare cauſas, quibus præcipue mala noſtri temporis conditio obſtringitur. Quòd videamus multos iuris doctores, paucos verò doctos, & iuris noſtri conſultos. Et illas tres eſſe comperi. Primam ab Alciato cumulatæ virtutis uiro in Parergis ſuis accepi, qui, literis ſibi datis à clariſsimo Iuriſconſulto. D. Aſcanio Scotto Peruſino, qui, dum ego Peruſii ſtuderem, ius ciuile magna cum ſua laude publicè apud Regem Portugaliæ profitebatur, reſpondens aiebat, à iuris interpretibus id ipſum euenire, qui ſuper otioſis quæſtionibus & nullius frugi commorantur, relicto fonte ad riuulos diuertentibus, quiue duas uel tres leges ad ſummum anno interpretantur. Quod vitium omnibus commune eſt: quia bardus bardum ſequitur, & doctores noſtri turmatim more gruum incedunt. Inde factum eſt, vt audientes præceptorum incuria, quorum officium eſt, iuuenum ingenia maturare, uix primoribus labris legum miſteria pitiſſant. Et dum ſe ad doctoratus gradum accingunt, illos empiricos imitantur medicos noſtrates Doctores, qui eodem collirio omnes morbos curant, & eadẽ (ut in prouerbio eſt) fidelia ambos parietes dealbant. Conſulunt enim, vt intra priuatos parietes puncta quędam priuata experiantur, in illumq; congreſſum domeſticos commilitones congerroneſque accerſent, qui illos impetant argutenturque, vt ſic totum tempus ferè in his conſumere videantur, grauiora illo interim legum dogmata prætermittentes. Quod ſanè malum ſenſim ſerpit & proceſſu temporis in maximum euaſit. Alteram comminiſcitur cauſam Siluester Aldobrandinus in epiſtola liminari in Annotationibus inſtitutionum ad Cardinalem Rauennatem Benedictũ Accoltum. Vbi illud contingere aſſerit Scolaſticorum deſidia tedioque qui ne videantur ſemper Iuſtinianei, ſtatim ad publicas lectiones proſiliunt, quo fit, vt res malè à principio inchoatæ, uix boni peragantur exitus, confiſi ſolum ſcripturientium repertorijs, vt ſtatim illuc confugientes, credant facti deciſionem inueniſſe, illiſque id accidit, quod Cicero maximè fugiendum aſtruit, vt falſa pro veris accipiant. Vel non intelligentes quod legunt, vel terminos, qui multoties præſupponuntur, illos latent, & ſoleat minima facti circunſtantia totum ius mutare. Poſtremam meo Marte deſumpſi, & illa eſt, quòd Doctorum collegia, quibus præci-

puum

puum demandatur munus, neglectim & abſque delectu paſsim omnes ad doctoratos gradum admittunt, auctoritate, facilitate, ne dicam auaritia abutentes. Aequiſsimum illud Iuſtiniani edictum tranſgredientes, quo quinquennj tempus ius ciuile profitentibus aſcripſit, & ſacrorum Canonum iuſſa paruifacientes, eos admittunt etiam, qui nec gimnaſij limen unquàm ſalutarunt, quod maximè reprehendendum eſt. Vt aliquando dicere cogamur. Cane tibi & Muſis, & vtamur illis, tanquàm lippo oculo. Equidem ſi vllo vnquam tempore memoriam exquiſiuit Cicero & iudicium in Iuriſconſulto, hoc expoſtulat tempus. Et ſi ſua tempeſtate leges. xij. tab. Iuriſconſultorum biblioteca erat, quæ in parua capita digeſta erant, quid hodie dicendum eſt: cum vndique effluant leguleiorum dicteria, in commentarijs, conſilijs, tractatibuſque. Vt dicere non liceret amplius, Anguſtus eſt locus, fac mihi ſpacium. Eo tamen deuentum eſt, vt cum primùm auditur. Hæc eſt communis opinio à qua in iudicando & conſulendo recedendum non eſt, ſtatim gradus ſiſtendus eſt, nec vltra progrediendum, quam (lepidè quidem) comunem ignorantiam Aemilius Ferettus appellare ſolebat. Si Iuſtinianus Imperator nunc reuiuiſceret, quid agendum curaret, nonne multo magis hæc antiquaret? Non ſuſtulit tunc quidem Iuſtinianus (vt putabat) multitudinem & uerboſitatem interpretum, ſed mutauit tantum interpretes, alijs alios ſubſtituens χρυσέοις χαλκέα, vt in prouerbio eſt. Sed ſatis eſt (beneuole lector) animi indignationem expreſsiſſe. O paſsi grauiora, dabit Deus his quoque finem. Verum non ſat videtur vulnus detexiſſe, niſi & medela adhibeatur. Differendum eſt igitur, quid futuro Iuriſconſulto opus ſit. De ratione & modo ſtudendi ſcripſerunt Ioannes Baptiſta Caccialupus, Petrus Rebuffus, Matheus Gribaldus, alijque plures, ſed nemo (meo iudicio) dexterius & qui veriori methodo acceſſerit quàm Franciſcus Duarenus. Dixerit aliquis, ordo Anteceſſorum noſtrorum in Gimnaſijs publicis hucuſque ſeruatus & velut præiudicijs comprobatus nonne ſat eſt? Nequaquàm. Inueteratus enim error eſt, qui præſcindendus eſſet. Ego Imperatoris noſtri inſtitutum ſequi exiſtimo, quod in procemio Digeſtorum explicuit. Non enim ſine cauſa ius antiquum in ſeptem partitus eſt articulos, vt cuilibet conſpicuum eſſe poteſt, ubi agit de veteri iure enucleando, ad ius ciuile properantibus apprimè neceſſarium. Sed ſatis eſt uiam demonſtraſſe, alijs aperiendam relinquo. Vale.

MILLELOQVIA IVRIS MISCELANEVM OPVS EX OMNI FACVLTATVM GENERE COLLECTA.

GASPARIS CABALLINI I. C.

EPITOME.

1 *Anologia Sicli Sanctuarij.*

MILLELOQVIO. D. I.

1 SED † interim omittendum non eſt ſacrum illud miſteriū, quod Exodi.30.figuratur: vbi Dominus iubet oēs Iſraëlitas à 20. annis & ſupra offerre dimidium Sicli, iuxta menſuram templi, ſiue ad pondus ſanctuarij, ita ut diues non addat, nec pauper diminuat de dimidio Siclo. Quòd enim omnes & diuites & pauperes æqua lance cenſentur, quid aliud ſignificat quàm omnes peccatores eſſe, & æquè indigere gratia Dei, ęquè eodē precio ſanguinis domini IESV CHRISTI redemptos, eadem fide ſaluandos (de electis enim & fidelibus eſt ſermo) nec eſſe acceptionem perſonarum apud Deum? Quòd autem iubentur omnes fideles, non integrum Siclum ſed dimidium offerre Deo in ſancta, quid aliud repræſentat, quàm omnium fidem & charitatem imperfectā, quandiu perigrinātur in hoc ſeculo: perficiendam autem in cœlo, & interim ſeruos ſe inutiles ſemper agnoſcere debere? Quòd autem iubentur offerre ad menſuram ſanctuarij, quæ etiam ibi certo obolorum numero ſpecialiter definitur, quid aliud eſt, quàm omnino offerendum, nec uacuos nos & infructuoſos eſſe debere coram Domino (tollitur enim qui nō fert fructū. Io. 15.) nec tamen offerenda eſſe figmenta capitis noſtri, etiam quantuncunq; ſpecioſa uideātur ſapientię humanæ, quæ ſtultitia eſt apud Deum, cui abominatio eſt quod hominibus excelſum, ſed tantū offerenda eſſe, quæ Deus pręcepit ſibiq; placere definiuit, iuxta pręſcriptū uerbi ſui, quod eſt uerum pondus & menſura ſanctuarij? Quæ ergo pręcepit ſibi Deus, illa cogita ſemp. Eccleſ.3. nec abeas poſt adinuentiones tuas, quoniā melior eſt obedientia quàm victimę. 1. Regum. 15. Et rurſus quòd iubentur offerre in ſancta, non de Siclo vulgari, ſed tantum de Siclo ſanctuarij iuxta menſuram eiuſdem quod Xantes uertit, ſecundum ſiclum ſanctitatis, nōne clarē deſignat, nos nō noſtra, ſeu à nobis profecta offerre poſſe ſummo illi omnium conditori Deo: ſed tantum ab eo gratis accepta, prout unicuiq; iuxta mēſuram fidei diuidit & donat? De bonis enim operibus agitur, de uera obedientia mandatorum Dei, & ueris fructibus fidei, qui non ſunt palmitum, ſed veræ uitis, quæ CHRISTVS eſt, Io. 15. vt nemo glorietur coram Domino, ſed ab eo recognoſcat, iuxta illud. 1. Chorint. 4. Quid habes quod non accepiſti? quòd ſi accepiſti quid gloriaris? & Eſaias. c. 26. Omnia enim (ait) opera noſtra operatus eſt nobis. Qui ergo ſua vel ſuam iuſtitiam offerre ſe putant, iam non de ſiclo ſanctuarij offerunt, ſed de ſua immunditia pannum menſtruatæ, Eſaiæ 64. Hæc obiter iuxta regulam fidei dixiſſe ſufficiant.

EPITOME.

1 *Mors qualiter probatur.*

MILLEL. D II.

1 MORS † quomodo probari debeat ponit Bar. & alij ſequuntur in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſt. aper. Bar. Bal. & alij in l. ſi quidem. C. ſolu. matr. Saly. in l. ea quidem, colum. pen. C. de accuſ. Alex. conſ. 24. col. 4. conſ. 98. lib. 4. Bal. in l. 3. col. 2. C. de prob. Et an poſſit probari per famā, vide Iaſ in l. ea quæ, in fi. C. de tranſ. Fely. in c. quoniam frequenter, in fi. ut lit. non conteſta. Alc. in d. §. ſi dubitetur. Illud uerum eſt, quòd in arduis fama non probat, Scrib. in d.

l.ſi quidem, Ang.in l.fi.ff.de his qui not.infa. Lanfr.in c.quoniã contra,verb. depoſitiones, cir.fin.de prob. Aduerte tamẽ ad id quod dicit Bal.in l.fi.C.de edic.diu.Adr.toll.quòd mors probat & præſumitur ſtatim q̃ cõſtat teſtamẽtũ eſſe publicatũ poſt mortẽ & penes hæredẽ eſſe,& vt dicũt Saly.& Alex.ibi,q̃ ſatis ab hærede probatur mors producendo teſtamentũ. Quod not.quia quotidie iſtud in curijs praticatur,& uide Iaſ.ibidem col.4.Alex. conſ.4. lib.2.Cum.cõſ.44.Aduerte etiam quòd mors operatur multum in uno caſu,ſcilicet quando ſtat libro rationũ cũ iuramẽto alicuius,ſi mortuus fuerit talis ſufficit pro hærede liber rationũ,& mors operatur iuramentũ,ita dicit ſing. Iaſ.in rep.l.admonendi,col.48. ff. de iureiu.

EPITOME.

1 *Infirmitas ſufficiens eſt impedimentum.*
2 *An infirmus teneatur mittere procuratorem.*
3 *Infirmitates quinq; ex cauſis proueniunt.*
4 *Infirmitas duplex corporis & animi.*
5 *Infirmitas quomodo probetur.*

MILLEL. DIII.

1 INFIRMITAS † eſt impedimentum ſufficiens.c.tenor,de re iud.l.quæſitum. ff. de re iud. vbi Alex.dicit,q̃ nõ ſolũ infirmitas ꝓprij corporis,ſed ẽt infirmitas ſuorũ eſt impedimẽtũ ſufficiẽs,per gl.in c.communis. 23.diſtin ſequitur Iaſ.in l.2.§.ſi quis iudicio, ff. ſi quis caut.& in l.de pupillo.§.ſiquis ipſi prætori.ff.de oper.no.nunc.Et † an infirmus teneatur mittere procuratorem ponunt doct. in d. l.quæſitũ, Iaſ.in d.§. ſi quis iudicio,vbi ponit regulam cum limitationibus & ſublimitationibus. Infirmitates † proueniunt ex quinque cauſis. Prima,ut iuſtis per patientiã augeatur meritũ, vt Iob.Secunda,ad cuſtodiã virtutũ, ne ſupbia ſubintret,vt in Paulo.Tertia,ad corrigẽdũ peccata,vt habet in c.cũ infirmitas, de pęnitent. Quarta ad gloriã,vt legitur de cęco nato,& de Lazaro.Quinta,ad initiũ pœnæ, vt in Hærode,Anc.in d.c.cũ infirmitas. Duplex

4 † eſt infirmitas mentis, ſcilicet & corporis. 15.q.1.§.2.&.§.vt itaq;.c.huic. 49. diſtin. Et mentis ſiue animi infirmitas eſt duplex, vna eſt,quæ vitiũ appellatur,quia infirmitate anima à Deo ſeparatur,ut ira,odiũ,& ſimilia,alia infirmitas animi non eſt peccatum ſed pœna peccati, ut obliuio & ignorantia,d.§. ut itaq;. Corporalis etiam eſt duplex,una.n.eſt lãguor naturæ, quę carnis concupiſcentia dicitur ſiue fomes,alia propriè corporis infirmitas dicitur, qua elementorum & humorum diſcordia turbata caro affligitur,& tandem diſſoluitur.d.§.vt itaq;, & ut dicit tex.in c.ſiquis 23. q.8. iſta infirmitas corporis confert ſaluti animæ. Quomodo † ꝓbetur infirmitas,vide Abb. in c.querelã,de procur.Afft.in conſtit. Regni li.1.conſtitut.incip.edictorũ,nor.13. & glo 8. & in cõſtit.quęcũq;,ponit quòd infirmitas ſimulata & fraudoloſa non excuſat.

EPITOME.

1 *Pluralitas an verificari poßit in vno.*

MILLEL. DIIII.

1 SI † ſtatutum dicat: q̃ producẽs falſos teſtes puniatur certa pœna, illud ſtatutũ verificatur in ꝓducẽte vnũ falſum teſtẽ, Bar. In l.ait pretor.§. negocia, per illũ tex.ff.de neg. geſt.in l.2.ff.de procur.Iaſ.in l.ſingularia, in 3. col.ff. ſi cer. peta.in l.Gallus.§. quòd ſi is, poſt Alex. cũ alijs infinitis allegatis per eũ.ff. de lib.& poſth.Fely.in c.omnes leges.1. diſt. Alex.in conſ.136.in fi.prin.lib.5.& in conſ. 84.lib.4.Bal.conſ.443.lib.1.Soc.in l.falſum. §.fin.ff.de cond.& demon. Et ratio eſt, quia ſi pluralitas non reſolueretur in ſingularitates ſequeretur abſurdum in ſtatuto, cum falſitas ita ĩ uno ut in pluribus non puniretur, vt animaduertit Paul.conſ.202.uiſa ſupraſcripta ſa cti narratione,li.2.Aliàs ceſſante abſurdo cõtrarium eſſet.Hinc dixit Bar.in l.1.ff. de opt. lega. quòd ſi teſtator iubet bona ſua diſtribui inter pauperes eligendos per talem: quòd ille non poteſt eligere vnum, & dare ei omnia, arg.l.3.ff.de annu.lega. Verum idem Bar. contrarium tenet in l.vnum ex familia.§. ſi duos, &.§.ſeq.ff.de leg.2.cum quo tranſit Paul. conſ.143.lib.1.

EPITOME.

1 *Quaſi poſſeßio iuriſdictionis qualiter acquiratur.*

MILLEL. DV.

1 IVRISDICTIONIS † quaſi poſſeſsio dr̃ quęſita exercẽdo actus iuriſdictionales: imò ẽt p vnicũ actũ exercitij iuriſdictionis ſolet q̃ri,plenè declarat Bar.in l.1.§.hoc interdicto.ff.de iti. actuq; priua.Inno. & Cano. in c. cũ eccleſia,de cauſ.poſſ.& ꝓpr.Inno.ĩ c.dilectus de capel.mona.& ĩ c.olim, de reſti. ſpol. plenè Soc.ĩ cõſ.187.col.6.li.2.vbi plenè ponit quõ ꝓbeẽ iuriſdictio tã ĩ ꝓprietate quàm ĩ poſſeſſorio:q̃ oĩa ſingulariter ſũt not.& uide q̃ ſingulariter dicit Rõ.ĩ cõſ.70.ĩ ult. dub. vbi ponit per quos actus probeẽ iuriſdictio. Ad de Dom.

de Dom.de Rot.deciſ.416.in no. Hinc dicimus, quòd poſſeſsio vnius actus ius vniuerſale producit nullo alio exiſtente in poſſeſsione, Inno.in c.dilecto, de off. archi. Abb.in c. 1.col.1.uerſ.ult.tene mēti, de relig.dom.vbi concludit, quòd per exercitium vnius iuris ſeu articuli compræhenſi ſub vniuerſo infertur ad poſſeſsionem vniuerſi, idem Abb.conſ. 54.col.2.lib.2.& in cōſ.82.col.4.verſ.ad prædicta, & conſ.71.col. pen.verſ.iij.vbi dicit ꝙ exercens vnum actum iurisdictionis in loco, videtur in totum iurisdictionem acquirere: dummodo alius non ſit in poſſeſsione, Alex. conſ.68. libr.2.Fely.in c.auditis de præſcrip. Dec.conſ.271.col.2.

EPITOME.

1 *Totum dictio, quot modis accipitur.*
2 *Omne & totum quomodo differant.*

MILLEL. DVI.

1 ADVERTE † quòd totū dr̄ multis modis. Primò, totum dicitur aliquādo prout eſt vnū totū integrale, vt domus quæ conſiſtit ex ſuis partibus. Item eſt totum vniuerſale & partes ſubiectiuæ ſeu prædicamentales, vt genus & ſpecies: nam animal eſt genus, & ſic totū, homo, bos, & ſimilia ſunt partes ſeu ſpecies ſubiectiuæ, quia ſubijciuntur dicto generi, & prædicantur de genere. Quia ſi dico homo eſt, ſequitur, igitur animal eſt, & ſic dicitur pars prædicamentalis. Iſta dicit Bar. in l. qui uſumfructum.ff.de ver.obl. & vide Bal. in
2 conſ.335.quædam mulier.lib.1.Et † differentiam inter omne & totum ponit Iaſ.in l.centurio, in 2.lectu.ff.de vulg.ſubſt.nam totus ad quantitatem refertur, ut tota domus, totū corpus, aliquod integrum: omnis de vniuerſis numero diſtinctis, ut omne pecus, omnis grex. Confunditur tamen hæc proprietas nonnunquàm à Poetis.

EPITOME.

1 *Territorium quid ſit.*
2 *Territorium vnde dictum.*
3 *Territorium ſonat ſuperioritatem.*
4 *Proprietas quid denotet.*
5 *Per territorium denotatur exercitium iurisdictionis:*

MILLEL. DVII.

1 TERRITORIVM † eſt vniuerſitas agrorū infra fines cuiuſcūq; ciuitatis.l. pupillus.§.territorium ff.de uer.ſig.Soc.cōſ.186.li.
2 2.Et † dictum eſt territorium, eo ꝙ magiſtratus eius loci intra eos fines terrēdi, id eſt, ſummouēdi ius habēt, gl.pē.in c.fi.de cōſt.li.6.& à, terrēdo dictū eſt territoriū.d.§.territorium Inno.in c.cū ad ſedē, in gl.in uer.cū pertinentijs, de reſti.ſpol.Io.And.in c.vbi periculū.§. porrò, uer.territorio, de elect.li.6.Barb. conſ.
3 11.col.2.li.1.Hinc † eſt, ꝙ cū iſtud verbū territoriū ſonet ſuperioritatē correctionis, vt.d. §.territoriū, &.c.licet cām, de prob.proprietas verò denotet idē ꝙ dominiū à formali uſufructu, vel cū eo cōiūctū, vt.C.de probat.l.proprietatis.l.2.§.ne tñ.ff.de vſuf.l.1.ff.de vſuf.ac
4 creſ.interdū † appellatione territorij nō venit proprietas, ita Old.cōſ.186.factū tale eſt, in
5 uertice. Denotat † etiā in tātū habere ius ſuperioritatis, ꝙ per territorium denotatur exercitiū iuriſdictionis, clem.ne Romani.§.ſanè, de elect.& ita exponit gl.in l.qnęcūq;.C. fund.limitrop. li.11.ita Soc.cōſ.181.col.3.li.2.Bal. in conſ.419.ad euidētiā pręmittēdum eſt, lib. 1. Affl. in conſt. ſi damna clandeſtina, col.3. not.1.Petras.ſing.15.

EPITOME.

1 *Quòd terra ſit de territorio alicuius domini quomodo probetur.*

MILLEL. DVIII.

1 QVOMODO † probetur ꝙ vna terra ſit de territorio alicuius domini, Bal.in l. data, col.16.verſ. ſup iſta cadit teſtimoniū.C. q accuſ.nō poſſ.dicit ꝙ qñ vertitur queſtio, an ager Titianus ſit de territorio Peruſij vel Rhanubij, teſtes inducti vt ꝓbēt, dēnt reddere rōnem ſup iurisdictione. Et quia viderunt cōe Peruſij ibi furcas erigere, vel malefactores ibi capere, vel viderunt homines illius agri ibi obedire, ſaltē in faciendo. Hinc dicit idē in l.3.C.de nat.liber.per illū tex. ꝙ probatur ꝙ vnū caſtrū vel vna uilla ſit de territorio talis ciuitatis, eoipſo ꝙ probatur ꝙ vnū caſtrū vel villa ſubibat onera illius ciuitatis: uel quia ibi ſoluebat collectas, ſequitur Alex.cōſ. 43.in fi.li.1.ita ēt tenet Fely.in c.cū Bertoldus, col.pē.de re iud.p tex. in §.ſi quis ex qualibet, in auth.quib.mo.natu.effic.ſui, colla.7. Dicit & Soc.in cōſ.86.col.2.libr.1.probatur ꝙ vna terra ſit de finibus territorij alterius terræ, quia eſt intra fines illius territorij, per ea quę dicit Bal.in rub.C.de contrah.emp. uerſ. 22.quæro, idē Soc.conſ.181.libr.2. vbi circa iſtud dictum facit not.conſiderationem.

EPITOME.

1 *Diſtrictus & fines iurisdictionis quomodo probentur.*

MILLEL. DIX.

1 DIcit † Bal. multum not. conſil. 415. qualiter probentur. lib. 5. quòd diſtrictus & fines iuriſdictionis probantur diuerſis modis. Primò præmittendo, quòd interdum loca territoriorum ſunt euidenter & notoriè diſtincta, quandoq; per uias regales, quandoque per flumina, quandoq; per montes & ualles, quandoq; per lapides ſeu terminos, uel ſigna multum apparentia, & iſtis modis territoria diſtinguuntur, ſecundum Io. And. & Goffr. in c. cum cauſam, de probat. Interdũ etiam probantur fines iuriſdictionis per expreſſas vel tacitas aſſertiones. l. optimam. C. de contrah. & com. ſtipul. l. cum aliquis. C. de iu. delib. Interdũ per uulgi opinionẽ & iudicio ruſticorum, qui in hac materia ſunt teſtes magis idonei quàm alij, ut. l. 1. §. 1. ff. de flum. Item quandoq; probantur per ſententias iudicum & arbitrorũ. l. inter caſtellianũ. ff. de arbit. §. fi. inſt. de off. iud. Interdum per perceptionem redituum. l. ſi quis ſuper. C. fin. regun. Quandoque probãtur per appoſitionẽ cuſtodum in confinibus. l. ſi ita. §. mulier. ff. de fund. inſtr. Et dicit Alex. conſi. 23. lib. 5. quòd ſi probetur quem exercuiſſe iuriſdictionem in homines, & impoſuiſſe eis onera, & ab eis exegiſſe, & ꝙ homines alicuius terræ obediant alicui, per tales actus probatur, quòd illa terra eſt de territorio & pertinentijs alterius. Item adde quòd per ſolutionem cenſus probatur ſubiectio. Soc. conſ. 74. col. 2. lib. 1.

EPITOME.

1 *Bona ratione proclamationis dicuntur vacantia, & cui cedant.*

2 *Non ligat abſentes & minores, an clericos.*

MILLEL. DX.

1 ANG. in † rep. l. ſi vacantia, col. 5. C. de bon. uacan. lib. 10. dicit, quòd bona, quę ignorãtur, cuius ſint, ſi fiat proclamatio de eis ratione proclamationis dicũtur vacãtia, ſi non appareat dominus, & tunc Fiſco ſunt applicãda. Plus voluit Bar. in l. rem quæ nobis, ad fi. ff. de acq. poſſ. ꝙ talia bona ratione proclamationis ſunt in nullius bonis, ergo fiunt occupantis & non Fiſci, meminit Alex. cõſ. 4. col. 7. li. 2. Alex. & Iaſ. in d. l. rẽ q̃ nobis, uide quid circa hoc cõſuluerit Feder. de Senis cõſ. 107. domine Frãciſce, quem nũcupatim citat Alex. in l. prætor ait. §. de eo ff. de dam. inf. Et ſufficiunt generaliter iſta proclamata in omnib. ubi nõ eſt certa pſona q̃ requiri poſsit, Inno. in c. fi. q̃ matr. & accuſ. poſſ. Zabar. conſ. 74. cõſ. 68. col. 2. & hoc ꝓbat tex. in auth. ſi oẽs. C. ſi min. ab hered. ſe abſtin. auth. q̃ ſemel. C. quomo. & 2 quãd. iud. Et iſta † ꝓclamata facta ĩ ciuitatib. ligant tm̃ exiſtẽtes in ciuitate, Rofred. in libell. ſuis rub. ſi qs ius dicẽ. nõ obtẽp. Ideo ſi qs vellet ꝓbare ignorãtiã, puta quia erat abſens, auditur, cũ ignorãtes nõ ligẽt, Abb. cõſ. 35. li. 1. Zabar. conſ. 33. & con. 40. Alber. in rub. C. ne fil. pro patr. in ult. col. Affl. in conſtit. homines, col. 2. & 3. Et ꝙ huiuſmodi proclamata non ligent abſentes probat text. cum ibi not. in c. cum in tua, qui matr. accuſ. poſſ. Alc. conſ. 3. li. 5. Barb. conſ. 31. ſapientiſsimus refert Iob. li. 4. Minus ligant minores. l. fin. cũ not. per Bar. in fi. C. ĩ quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſ. in l. etiã. 2. ff. de minor. Alex. d. conſ. 31. Abb. in c. conſtitutis, de in integ. reſtit. Nunquid ligent clericos, uide Bertrah. in tract. de Epiſcop. in 3. par. 2. par. princ. col. 2. Quid ſi non faciat proclamare, & reperiantur poſt 40. dies? vide tex. in c. nõn debet. 11. q. 3.

EPITOME.

1 *Inſtrumẽtum locationis an probet dominium.*

2 *Cenſus ſolutio probat dominium.*

3 *Per æſtimum probatur dominiũ præſumptiuè.*

MILLEL. DXI.

1 NVNQVID † per inſtrumentum locationis probetur dominium? Dic ꝙ non, ita not. ĩ c. inter dilectos, de fid. inſtr. quãdo principaliter deducitur in iudicium, iux. not. per Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua, uerſ. 52. cum ſeq. probatur in l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. Bal. & alij in l. ad probationem. C. de ꝓb. tamen quando concurrunt alia indicia, inſtrumentum locationis probat dominium, ita tenet ſing. Bar. in d. l. ad probationem, Iaſ. in l. 2. col. 83. C. de iu. emph. Soc. conſ. 89. col. 4. lib. 1. & in conſ. 246. col. 4. & conſ. 187. col. 2 2. lib. 2. Abb. in conſ. 75. lib. 1. dicit † quòd ꝑ ſolutionem cenſus ſeu canonis pro eccleſia ꝓbetur dominium directum, Alex. conſ. 12. colum. 1. lib. 4. Fely. in c. cum Bertoldus, col. antep. de re iud. vbi etiam pleniſsimè ponit, quãdo per ſolutionem canonis aut penſionis rei locatę probetur poſſeſsio, Guil. Bened. in rep. c. Raynutius, uerb. & vxorem nomine Adelaſiã, nu. 116. cum ſeq. de teſta. Dicit etiã Soc. 3 d. conſ. 79. ꝙ † dominiũ probatur per æſtimũ preſumptiuè, Bal. in l. ſi pater. C. de act. emp. per illũ tex. Bal. in l. quidam in fro. ff. de cõd. inſt. Bal. in l. indicia. C. de rei uend. Bar. in 1. quod in littore. ff. de acq. rer. dom. Bar. in l. rura. C. de om. agr. deſer. lib. 11. Lanfr. in c. quoniam cõtra, ver. teſtiũ depoſitiones, uerſ. iſtud tamen nota, de prob. vbi ponit etiam ſatis amplè quomodo probet dominiũ, Alc. conſ. 36.

cir.

clr. med. 1. col. conſ. 147. col. ult. conſ. 185. col. ult. lib. 5. Bal. in conſ. 1. in prin. in conſil. 37. quidam narrans. libr. 5. Aret. conſ. 66. in præſenti conſultatione.

EPITOME.

1 *Iudex an poſſit arbitrari pœnam vſq; ad mortem.*

MILLEL. DXII.

1 QVANDO † pœna remiſſa eſt arbitrio iudicis, an poſsit illam arbitrari vſque ad mortem? glo. eſt ſing. in §. in ſumma, inſt. de iniu. quæ dicit quòd ſic, quam gl. dicit eſſe ſing. ad hoc Bal. in c. 1. in prin. col. 5. de pac. tenend. in uſib. feud. eam ſequitur idem Bal. in l. 1. per illũ tex. C. de his qui latr. occul. Abb. in c. veritatis, col. 5. ext. de dol. & in c. cum te, col. 2. de re iud. Ana. in c. inquiſitionis, in prin. de accuſ. Et pro hac glo. allegãtur duo tex. uidelicet. l. ſacrilegij. ff. ad l. Iul. pecul. & l. ſaccularijs. §. ſunt quædam. ff. de extraord. crim. Tu dic quòd illa glo. communiter reprobatur, primò per tex. not. in l. 1. ff. de fur. balnea. quem ad hoc ponderat ibi Alber. quòd in arbitrarijs iudex non poteſt imponere pœnam vltimi ſupplicij ſed temporalem, quem tex. dicit eſſe not. & ſing. Card. in c. de cauſis, de off. deleg. Iaſ. in l. & ſi legibus. C. de legib. in l. qui iurisdictioni, col. 2. ff. de iuriſd. om. iud. qui ad hoc allegat alium tex. in l. 1. §. expilatores. ff. de effract. pulcrè Alex. conſ. 5. col. ult. lib. 1.

EPITOME.

1 *Niſi dictionis vis.*

MILLEL. DXIII.

1 SI † præcedat oratio negatiua, dictio niſi ponit & affirmat 1. ſi verò è contra præcedat oratio affirmatiua, dictio niſi negat & priuat. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. l. extraneo. ff. de uent. in poſſ. mitt. l. 2. ff. de conſt. reor. c. cum acceſsiſſent, in fi. de conſt. Gem. in c. fi. de lit. cõteſt. li. 6. Alc. cõſ. 83. col. 1. lib. 1. Iaſ. in l. 2. in prin. C. de bon. poſſ. ſecun. tab. in l. actione. C. de tranſ. vbi ſatis amplè Præpoſ. in c. 1. not. 1. de appel. Quæ dictio niſi, in diſpoſitionibus poſita facit conditionem. l. fideicommiſſa. §. fideicommiſſum. ff. de leg. 3. l. quibus diebus. §. quòd Titio. ff. de cõd. & dem. ſecundum gl. not. in l. 2. ff. de in diem adiect. Bár. in l. 1. ff. de cond. & dem. col. ult. Cepol, conſ. 64. col. 2. uerſ. redeo ad primum. Et cũ exceptionẽ ponat põt extẽdi ad caſus ſibi ſimiles, glo. in l. 1. C. de cond. ind. quem ad hoc not. Abb. in c. quoniã frequẽter, in princ. not. 2. & ſuper glo. pen. ut lit. non cont. & eſt tex. in c. cũ dilecta. §. nec nos igit̃, de confir. vti. uel inut. quem ad hoc not. ibi Abb. & melius in c. ad audientiam, not. 1. de cler. non reſid. Iaſ. in l. trãſigere, col. 5. C. de tranſ. in l. 1. col. 2. C. de iu. & fact. ign. in l. de pupillo, in prin. col. 4. de ope. nou. nunc. in l. 1. col. 6. C. qui adm. Fely. in c. paſtoralis, col. 3. de reſcri. & in c. cum omnis, poſt Abb. col. 5. de conſt. Iaſ. in auth. pręterea, col. pẽ. C. un. & uir & ux.

EPITOME.

1 *Octo caſus, in quibus requiritur probatio ad oculum.*

MILLEL. DXIIII.

1 ADVERTE † quòd in octo caſibus requiritur probatio per oculum & uiſum. Primus, cum quæritur de finibus. l. ſi irruptione. ff. fin. regun. Secundus, cùm quæritur de ętate. l. minor. ff. de min. Tertius, cum quæritur an aliqua ſit uirgo uel corrupta, c. nec aliqua. 26. q. 1. c. propoſuiſti, de prob. Quartus, dũ quęritur an aliquis ſit ſectus, uel habeat aliud impedimentũ in genitalibus. c. laudabilẽ, de frig. & malef. Quintus, cũ quęritur an aliqua ſit pgnãs. l. 1. ff. de uent. inſp. Sextus, cum quæritur an aliquis ſit infirmus, quia requiritur oculus medici. l. ſemel. C. de re milit. li. 12. Septimus, cũ quęritur an pecunia fuerit numerata, & q̃ fuit illa pecunia. l. teſtium. ff. de teſt. Octauus, cũ quæritur an quis habeat maculã in oculo, uel aliud impedimẽtũ corporale. c. 2. & ult. de corp. uitia. Hęc dicit Io. de Turrecre. in c. teſtes. §. de his. 3. q. 9. Iac. de Sã. Georg. in l. Procula. ff. de pb. hãc ocularẽ pbationẽ practica in alio caſu, l. in errore calculi ex viſione & exhibitione librorũ rationũ, q̃ ſemp debet admitti allegãdo errorẽ calculi, ſubdẽs q illa probatio per euidẽtiam facti eſt melior quàm alia.

EPITOME.

1 *Contumax quando habeatur pro confeſſo.*
2 *Speculator textuum optimus allegator.*

MILLEL. DXV.

1 LICET † cõtumax habeat pro cõfeſſo. l. certũ. ff. de cõfeſ. c. decernimus. c. abſẽs. 3. q. 9. c. rurſus 9. q. 3. l. 3. C. de aſſeſ. auth. qua i pro uincia, ver. qa cõtumacia eius. C. vbi de cri. agi opor. l. ſenatus. §. diuus. ff. de iu. fiſ. Spe. ti. de acc uſ. §. fi. col. 1. Marſ. cõſ. 49. nu. 29. Tñ ipſa cõ

 tumacia

tumacia non eſt potens nec ſufficiens ad condemnandum ipſum contumacem, Specul. d. §.fi.colum.9.verſ.ſed pone.A.fuit accuſatus, Marſ.in rep.l.uni.nu.129.C. de raptor. uirg. & in d.conſ.49.nu.26.uſq; ad nu.31. & ibi allegat.d.auth. qua in prouincia, ultra Specul. quem dicit non fuiſſe uiſum à dicto Specul.de quo miratus ſum,cum ſemper in mēte habuerim,quòd † vbi Specul.allegat ſolum vnū tex. quòd poteſt allegari pro ſingulari,quia nō eſt doct.qui melius allegauerit tex.concordātes, quàm ipſe Specul.plures alios tex. allegat idē Marſ.conſ.107.nu.31.& conſ.134.nu.9. vbi dicit Old.ita tenuiſſe in conſ.65. hic agitur, Marſ. in ſua prati.crim.§.poſtquàm, vbi amplè.Et iſta eſt veritas,quæ probatur per tex. in c.Deus omnipotens.2.q.1. Quod dictum eſt contumacem haberi pro confeſſo, intellige præcedente ualida accuſatione uel inquiſitione,tex.eſt not.& ibi hoc uoluit Bar. eum ſummando in l.ſi filius.2.ff.de interog. act. Rom. conſ.224.iſt a captura,Marſ.conſ.64.nu.42. cum ſeq.

EPITOME.

1 *Vaſallus impeditus petere inueſtituram debet proteſtari.*

MILLEL. DXVI.

1 VASALLVS † quando impeditur petere inueſtituram, debet proteſtari de impedimento,Io. And.in c.fi. de appel. Iaſ. in l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prętori,colum.3.ff.de ope. noui nunc. & ibi Alex. in appoſt. Bar. & in l.properandum.§.ſin autem uterq;, col. 1. C. de iud.Fely.in c.ex tranſmiſſa, de reſcrip. Phil.Franc. in cap. ex tenore, col.14. de appel.Alex.conſ.19.col.2.lib.1.Card. Alex. in c.1.col. 7.quo temp.miles,in feud.

EPITOME.

1 *Conſanguineis nolentibus conſentire, quid faciendum à muliere.*

MILLEL. DXVII.

1 STANTE † ſtatuto quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, ſi conſanguinei rogati ab ipſa muliere noluerint conſentire,ſed recuſent abſq; iuſta cauſa,poterit ipſa ſola contrahere, Bar. in l.ſi cum dotem.§.eo autem,& ibi Alex.& alij, ff. ſolu.matr.idem tenet & ſequitur Iaſ. in l. 1. col.7.C.qui admit. Fely.in c. cū acceſsiſſent, col.9.de conſt.Rom.conſ.36.col.1. Abb. in c.tuæ fraternitati, de cler. non reſid. Dicit tamē Iaſ.in l.bonorum,col.3.C.qui adm. quòd illis recuſantibus poterit iudex ſupplere defectum,Abb.conſ.70.col.vlt. libr.2. Corſet. in ſuis ſing.uerb.conſenſus,Paul.in l.1. C. und. uir.& ux.Bal.de ſtatut. uerb. conſanguinei.

EPITOME.

1 *Fructus pendentes an inter mobilia computentur,quid de penſionibus.2.*

MILLEL. DXVIII.

1 NVNQVID † fructus pendentes ſint mobilia?Specul.in tit.de fruct.& inter. §. 1.verſ.ſed pone,dicit quòd nōn,& idem Flor. in l.ſi fur.ff.de uſuf.Nam sūt pars fundi.l. fructus pēdētes. ff.de rei uind. Specul. in tit. de deci.ad fi.l.ī.l.Falcidia,& ibi plenè Bar.ff. ad. l.Fal.& plenius per Alex.in l.ſi filius.§. 1. ff.
2 de uerb.obl. Et † ideo,cum penſiones domorum(quarum dies nō dum venit) ſunt fructus pendentes ſecundum Bal. in c. 1.in fi. princ. de pac.tenend.quem refert Soc. conſ.100.colum.2.lib.1.non erunt mobilia,ſed inter immobilia computabuntur.

EPITOME.

1 *Secundum dictio,capitur multis modis.*

MILLEL. DXIX.

1 ADVERTENDVM † eſt, quòd dictio ſecundum capitur multis modis. Aliquando capitur pro iuxta. l. ſi duo.ff.de præſcrip.uerb.Aliquando cauſaliter,& tunc denotat cauſam impulſiuam & non finalem,Bal.in l.1.C.de epiſ.& cler.Nunquid autem ſtet conditionaliter?hic iacet pūctus,& nunc dic ꝙ nō regulariter, text. in c. abbate,de uer.ſig.facit tex.in l.ſi teſtamentum,& ibi per doct.not.C. de inſt. & ſubſt. Hinc dicit Bar.in l.cum qui, §.Iulian.ff.de conſt. pecu.per illum tex.quòd ſi iudex condemnauerit aliquem ad ſoluendū omni anno decem ſaccos frumenti, ſecūdum quòd anteceſſores ſui faciebant, dato quòd anteceſſores ſui nihil ſoluerent,tamen tenebitur ſoluere,quia hæc dictio non importat conditionem. Ita etiam tenent Ang. Aret. Paul. & alij in d.l.ſi teſtamentum,& Alex. conſ. 145. li.2.& in ſimili ponit Old. conſ.121.ad primam quęſtionem,in 2.dub. Et dicit Bar. in l. admonendi.col.2.ff.de iureiu. quòd ſi quid debeat ſolui infra quindecim dies ſub pęna quarti pluris, ſecūdum quòd continetur in aliquo ſtatuto, licet ſtatutum non reperiatur, tamen uin-

vindicat ſibi locum pœna. plura alia adducit ad hoc propoſitum Iaſ. in l. admonendi, col. 6.cum ſeq.& in repet.col.11. cum ſeq. idem Iaſ.in §.præiudiciales,inſt.de act.& in auth. ſi quis.C.de eden.Dec.conſ.63. Barth. Caſſan. conſ.69.col. ult.

EPITOME.

1 *Poſt dictio, quid importet.*

MILLEL. DXX.

1 HAEC † dictio poſt, importat actum im
mediatum & non ex interuallo, facit
tex.in l.iurisgentium.§. quinimò, uerſ. idem
reſponſum, ibi. Si poſt emptionem ex interual
lo.ff. de pact.quoniam ſi poſt, importaſſet ex
interuallo fruſtra fuiſſet hęc dictio (ex inter-
uallo) addita, & eſt ſimilis tex.in l. duobus, in
prin.ff.de duob.reis, facit tex.in c.1. in princ.
de reſt. ſpol. in 6.per quem tex.dicit Gemin.
quòd dictio poſt, importat actum immediatè
ſequentem ſine interuallo. Vnde ſi teſtis di-
cat, Titius poſsedit poſt Sempronium, iutelli
gitur immediatè, & ita tenet Iaſ. in l.poſt do-
tem, in prin.ff.ſolu.matr.alia allegans, vbi etiã
quædam allegat pro contraria parte.

EPITOME.

1 *Vxor mortuo marito nunquid debeat ueſtiri ueſtibus lugubribus & velis heredum expenſis.*

MILLEL. DXXI.

1 NVNQVID uxor † mortuo marito debeat ueſtiri veſtibus lugubribus & velis expenſis hæredum uiri? Dic quòd ſic, ſi de hoc eſt conſuetudo in patria, Bal.Ang. & Paul. in l.decreto.C. ex quib. cauſ. infa. irrog. Capel. Tholos.deciſ.337.Guid.Pap.q.326. uerſ. q idem dicendum eſt, uide ad materiam Alb. in 2.par.ſtat.q.205.poſt prin.Barb.conſ.20.col. 2.& 3.lib.2.allegant tex.in l.ueſtimentum.ff. de aur.& arg.lega.

EPITOME.

1 *Conſuetudo an valeat vt curati pro ſepultura aliquid percipiant.*

2 *Paul.de Caſtr.periculoſus in ſuis conſilijs in foro conſcientiæ.*

MILLEL. DXXII.

1 NVNQVID † hæc conſuetudo valeat, q curati certum quid accipiant à ſuis pa-
rochianis pro iure ſepelliendi, uel pro mo-
tuarijs, uel pro benedictionibus nubentium?
Videtur quòd ſic, eum ſit laudabilis, per.c. ad
apoſtolicam, de ſymo.& in c.tuam, eo. tit. &
utrobiq; Abb.& Fely.idem Fely.in c.ueniens,
col.1.de teſti.Marſ.ſing.192.diuturna præſta
tio, & conſuluit multum not. Rom. pro eccle
ſia & curatis, conſ.344. quem refert & ſequi-
tur Iaſ.in l.de quibus, col.18.uerſ. etiam valet
conſuetudo. ff. de legib.Paul.de Caſtr. tamen
2 † qui ſemper eſt periculoſus in ſuis conſilijs
in foro conſcientiæ, uidetur conſuluiſſe con-
trarium conſ. 363. quidam habens Parochiã,
in antiq. quem aeriter refellit Caſſan. in con-
ſuet.Burgund.tit. des. troictz.§. 6. uerb.ſur la
moytie, nu.17.cum ſeq.per not.Fely.in c. cũ
acceſsiſſent, not.3.de conſt.

EPITOME.

1 *Vxor relicta à marito vſufructuaria quid conſequitur.*

2 *Quando teneatur reddere rationem de fructibus perceptis.*

MILLEL. DXXIII.

1 DICIT † Capel.Tholos.dec.462.q uxor
relicta uſufructuaria à ſuo marito extan
tibus liberis debet habere tantum alimenta, ex
traneis hæredibus exiſtentibus plenum vſum
fructum, iux. l. fin. & quod ibi not.Bar.ff.de
vſuf.Bar.& Scrib.in l.Titia.§.Titia.ff. de leg.
2.Bal.& alij in auth.hoc locum.C.ſi ſecun.nu
pſ. mult. Bal. in.l.fi.col.1.C.de ind. uid.toll.
Bar.cõſ.171.Nicolaus Sarmati.Ang. & Imo.
2 in l.filius à patre.ff.de lib.& poſth.Fortius † di
cunt doct.in d.auth.hoc locum, quòd mulier
relicta uſufructuaria omniũ bonorum à teſta-
tore extantibus liberis ſuis tenetur reddere ra
tionem de bonis quæ habuit ex tali relicto vl-
tra ſua alimenta. Idem tenet Iaſ. in l. ſi fun-
dum ſub conditione.§.ſi paterfa.ff. de leg. 1.
Et dicit hoc habere locum non ſolum in hære
de ſuo inſtituto verum etiam in ſubſtituto, &
ita tenet Roma.conſ.516.

EPITOME.

1 *Percipiens fructus ſubire debet onera.*

2 *Vſufructuarius tenetur ad collectas, fallit in caſu.3.*

MILLEL. DXXIIII.

1 ISTVD † eſt regulare quòd qui percipit fructus ſubit onus collectarum. l.ſi pendẽtes.§.ſi quid.ff.de uſuf.l.uſufructu legato. ff.de uſuf.

2 vſuf.leg.Guid.Pap. q.477.Vnde † vſufructuarius tenetur ad collectas.l.hactenus.ff.de vſuf. l.quæro.ff.de uſuf.lega.tenet Soc. conſi. 217. lib.2.vbi generaliter ponit,quòd poſſeſſor habens iures re percipiẽs fructus tenetur ad collectas,& exemplificat in multis, maximè etiã in feudatario,vt tenet Bal.in c.1.per quos fiat inueſt.Andr.Iſer.in tit.quæ ſint rega.in uerb. angariæ, & quòd uſufructuarius teneatur ad onera & collectas tenet Bal. in conſ.227.Pa-
3 ſcutius,lib.5.Non † procedit hoc,quando tanta eſſet ſolutio collectarum, quòd æquiualeat perceptioni fructuum,tunc.n.tenetur proprietarius ad collectas & non uſufructuarius, Dy.& Bar.in l.his verbis.§.idem teſtator.ff.de leg.3.per glo.in l.qui concubinam.§.qui hortos.ff.de leg. 3. quam Rom. ſing. 156. tu ſcis ꝙ uſufruc.dicit eſſe unicam in mundo. Et intellige quòd uſufructuarius tenetur ad collectas eſto quòd dominus fuiſſet exemptus ratione priuilegij uel alia cauſa,Ang.conſ.206. pro deciſione.Vbi uult,quòd licet eccleſia nõ teneatur ad collectas pro ſuis poſſeſsionibus, tamen laycus poſsidens dictas poſſeſsiones, etiam ab eccleſia,non gaudet dicto priuilegio eccleſiæ. Sed contrarium videtur tenere Bar. in l.priuatæ.C.de excuſ.mun. libr.x.Adde his Bertrand.conſ.97.dub.3.par.3.

EPITOME.

1 *An vxor vſufructuaria debeat ſtare colono viri.*

MILLEL. DXXV.

1 SED quæro † an iſta vxor vſufructuaria debeat ſtare colono uiri?Bal.in l.1.col. penũ verſ.pone maritus. C. de fruct.& lit. expenſ. Alex.in l.ſi filio.§.fi.ff.ſolu.matr.Soc.conſil. 125.lib.1.& Ang.conſ.244.dicunt, quòd mulier vſufructuaria tenetur ſtare locationi factæ per maritum.Ratio,quia mulier debet vti arbitrio boni uiri,ideo debet ſtare colono.l.ſi pendentes. §.ſi quid ff.de vſuf.ſed vbi vſufructuarius non debet uti arbitrio boni uiri, non debet ſtare colono.l.arbores.§. quicquid. ff. de uſuf.quod eſt,quando eſt loco emptoris, ut dicit ibi tex.

EPITOME.

1 *An ſufficiat iuratoria cautio in vſufructuario.*

2 *De iuratoria cautione remiſsiuè.*

MILLEL. DXXVI.

1 NVNQVID † ſi vxor non poſsit dare ſatiſdationem cum fideiuſſoribus, an ſufficit iuratoria?glo.eſt in l.4.& ibi Doct. C. de uſuf. quæ dicit, quòd uſufructuarius non audietur præſtando iuratoriam cautionem, prout dicit Iaſ.in l.1.col.1.ff.qui ſatiſd.cog.& in ſpecie Guid.Pap.q.250.dicit quòd ſi non poſſit uſufructuarius inuenire fideiuſſores, debet committi alicui bono uiro,qui de commoditate fructuum reſpondit uſufructuario.l. poſt quàm.§.Imperator.ff.ut in poſ.lega.& eſt opinio Guil.de Cug.in d.l.4. quam ſequitur ibi Bar.ſecundum quam dicit Guid. Pap.quòd uidit determinari: & crederem ita tenendum.
2 Quando † autem iuratoria cautio admittatur, & quando non, & qui ſunt caſus in quibus nõ admittitur,uide Marcumãt.Bauer.in ſuo trac. de effectu iura.art.67.& Iaſ.i d.l.1.ponit 24. caſus,in quibus non admittitur.

EPITOME.

1 *An pater propter adulterium filiæ perdat dotem ei datam.*

MILLEL. DXXVII.

1 PATER † an propter adulterium filiæ priuetur dote,quam ei dedit?Dos.n.à patre profecta adueniente morte filiæ ad patrem redire debet.Cald.cõſ.1.ſub tit.de don. int. ui. & uxo.col.3.tenet quòd ſic.per tex.in l.ſi dotem,vbi etiam glo.C.de iu.dot. Pro quo facit primò,quia in dote delictum filiæ,hoc eſt adulterium nocet patri.tex.eſt in §. quia verò quædam mulieres,in auth.vt matr.& auiæ,ubi videtur eſſe tex. ꝙ qñ mulier committit adulterium, lucrum dotis defertur marito, & pater eius habebit duas partes ſuæ ſubſtantiæ, & tertiam partem habebit monaſterium, in quod mittetur, ergo uult quòd quò ad dotem propter adulterium patri præiudicet. Secundò facit tex.in l.cum pater dotem.ff. de pac. dotal. in fi.in uerbi Aut ſine culpa ſua diuerterit omnino dos peti non poſsit. Ponderanda ſunt illa uerba(ſine culpa ſua diuerterit)ergo ſi culpa ſua, ſcilicet propter adulterium, non poteſt repeti dos,& ſic præiudicat patri. Verum Bal.poſt Cy.& etiam Io.Fab.in d.l.ſi dotem, tenuerunt contrarium,ſcilicet quòd donec uiuit pater maritus non lucratur dotem, ita etiã tenent Dy. Alex. & communiter omnes in l. 2.§.quòd ſi in patris.ff.ſolu.matr.Bar.in l. 2. §.uoluntatem.ff.eo.tit.& in.l.ſi finita.§.de uectigalibus.ff.de dam.inf.Saly.in l.3.C.de bõ. dam.Butr.in c.pleruncq;de dona.int.ui.& ux.

Cano.in c.ſuper literis,in glo.4.de pignor.Et
iſta eſt communis opinio,quam tenent com-
muniter omnes doct. excepto Raph. Cuma.
qui in d.§.quòd ſi in patris,tenet cum glo.d.l.
ſi dotem,per tex.in l.3.§.fi.ff.rer.amo,cui re-
ſponderi poteſt,quòd nihil facit, quia loqui-
tur quando pater agebat ad dotem nomine
patris & filiæ, quia tunc tenetur eam defende
re in actione rerum amotarum.

EPITOME.

1 *Licentia requiſita debet præcedere,nec ſufficit tacitus conſenſus.*
2 *Debet dari in ſcriptis.*
3 *Quandoq; reuocari poteſt.*

MILLEL. DXXVIII.

1 QVANDO † requiritur licentia alicu-
ius ad aliquod faciendum, tunc ſecun
dum omnes præcedere debet,ut in c.
licet,de regula.l.1.ubi Bal.C. de ſacroſ. eccl.
& in rub. C. de exercit.Aduertendum tamen
ad unum,quòd ubi requiritur licentia, nõ ſuf
ficit tacitus cõſenſus,prout declarat Io. And.
in c.ſi abbatem, de elect. Bal. in l.obſeruare.
§.fi.in fi.ff.de off.proconſ.Corſet.in ſuis ſing.
verb.licentia.Et quòd debeat præcedere licẽ-
tia etiam verbis expreſsis tenet Rom. in l. 2.
ff.ſolu.matr.Lap.alleg.86.Barb.conſ.12.col.
11.& conſ.58.col.8.lib.2.vbi col.10.dicit,ꝙ
vbi requiritur licentia alicuius in actu perfi-
ciendo, non poteſt poſtmodum per confir-
mationem uel ratificationem ſuppleri,nec ra
tificatio poſtmodum ſuperueniẽs conualidat
actum,nec facit valere quod actum eſt,allegat
2 ad hoc plura, quæ potes uidere. Et † aduerte
quia licentia debet dari in ſcriptis,Bal.in l. fi.
C.de erog.mil.anno.lib.12.& ideo non data
in ſcriptis non ualet, quia non eſt ſolenniter
conceſſa,Zabar.in clem. fi. q. 12, de elect.&
ideo probatur per literas,Specul. tit. de inſtr.
3 edit. §. reſtat,uerſ.ſed quid produ.Sed † nun-
quid licentia ſemel conceſſa reuocari poſsit?
Dicas quòd ſi cadit inter ſuperiorem & ſubdi
tum,inter quos, ſcilicet,concedentem & illũ
cui conceſſa eſt, non cadit obligatio, & tunc
poteſt reuocari,glo.eſt in clem.1.de teſta. ita
conſuluit Ang. conſ.284.Vide in ſimili Old.
conſ. 18. circa primum articulum,quem re-
fert & ſequitur Anca.in c.accepimus,de ætat.
& qual.

EPITOME.

1 *Conſanguineis abſentibus quomodo conſulatur mulieri contrahere uolenti.*

MILLEL. DXXIX.

1 SI conſanguinei † ſint abſentes,quid à mu
liere faciendum,ut contrahere poſsit? Fe
ly. poſt multa in c.ex parte. col.3.& 4. con-
cludit quòd nõ poterit contrahere. ſed Rom.
conſ. 36. dicit quòd conſanguineis non exi-
ſtentibus ipſa contraheret,& dicit Bal. conſil.
201.in prouincia Anconitana. lib.1. quòd ſi
proximiores parentes conſentire debentes
ſint ita abſentes, quòd cum difficultate uoca-
ri poſsint,ſufficit vocare remotiores,& uale-
bit actus factus ſine eorum cõſenſu, cum im
poſsibilitas excuſet in hoc, ut dicit Bal. in l.
turpia.§.1.ff.de leg. 1.Marſ.in l.1.§.præterea.
col.21.ff. de quæſt.Affl.in conſtit. generalia,
not. 4.libr.2.Præterea not.quòd conſangui-
neis diſcordantibus iudex ſe debet intromit-
tere,Bar.in l.cum dotem.§.eo autem tempo-
re.ff.ſol.matr.Abb.in c.tuæ, de cler. nõ reſid.
Iaſ.in l.fi.col.3.C.de iud. Et ſi eſſent ſuſpecti
non ſunt uocandi,Bal.in l. uiduæ.C.de nupt.
Fely.in c.edoceri,col.7.& 8.de reſcrip.Bal.de
ſtatut.in verb.contrahere.

EPITOME.

1 *Statuta ſeruanda in foro conſcientiæ.*

MILLEL. DXXX.

1 STATVTA † etiam in foro conſcientiæ
ſeruari debent,ut uult glo.in c. quæ in ec
cleſiarum, de conſt. & ibi Bal.ad hoc not. di-
cens quòd non reperitur alibi,Iaſ.in l. ſi poſt
diuiſionem,col.2.C.de iu.& fac.igno. vbi di-
cit quòd etiam leges ciuiles municipales de-
bent ſeruari in foro conſcientiæ, & facit glo.
in c.2.de conſt.in 6.quam ibi not. Gem. col.
antepen.quę glo.videtur eſſe ſimilis glo.in d.
c.quæ in eccleſiarum,& illam glo.allegat Fe-
ly.in c.nam concupiſcentiam,de conſt.ubi di
cit quòd etiam ſi in lege præceptiua ſit appoſi
ta alia pœna, tamen ueniens contra eam ad-
huc peccat mortaliter, & uide quæ ponit Fe-
ly.in c.1.col.10.de conſt.

EPITOME.

1 *Maritus ſepellit vxorem expenſis dotis.*
2 *Expenſa funeris, infirmitatis, teſtamenti ante omnia deducitur.*
3 *Sumptus funeris.*

MILLEL. DXXXI.

BAL. in l.quod in uxorem.C.de neg.geſt.
1 dicit † quòd maritus poſtquàm vxor eſt

mortua

mortua,& ſic finitum eſt matrimoniũ, nõ te-
netur eam ſepellire de proprio ſed de dote. l.
ſic pro rata.ff.de relig.& ſump.fun. ipſa tamẽ
exiſtente in infirmitate tenetur ſubuenire de
alimentis,medicinis & omnibus neceſſarijs,
nam cum durat matrimonium tenetur ſubire
onera,& ſi non ſubit, non poteſt nec ex pacto
nec ex ſtatuto dotem lucrari.l. ab hoſtibus. §.
ſi uir.ff.ſolu.matr.Dic tamen, quòd ſi uir ha-
beat uxorem indotatam, & quæ nihil habeat,
tenetur eam ſepellire,ne iniuria eius uideatur
quondam eius vxorem inſepultam relinque-
re, ita eſt tex. in l. quòd ſi nulla ff.de relig.&
2 ſum.fun.Roma.conſ.517.in prin.Et † iſta ex
penſa funeris ante omnia eſt deducenda.l. ſci
mus.§.in compntatone. C. de iu. delib. idem
de expenſa facta in infirmitate,tex.eſt not. in
l.in reſtituenda.C.de pet.hęred.quem ad hoc
ibi not.Bal.l.legatũ.C.de relig.& ſump.fune.
Idem in informatione teſtamenti,quia expen
ſa facta in hoc ante omnia eſt deducenda,Bar.
in l.nõ ignorat.C.de fruct.& lit.expen. Butr.
In c. 1. col.2.de prob. Et dicit Bar.ſe pluries
uidiſſe in facto, quando hæres fecit expenſas
in recolligendo teſtamentum à notario, ꝙ ſi
hæreditas non ſit ſoluendo,tenentur legata-
rij cõtribuere partem,per tex.in d.§. in com-
putatione, & illud refert & ſequitur Abb.cõſ.
107.hæres qui recolligit teſtamentum,lib.1.
3 Quæ † ſint funeralia ponit glo.in clem.dudũ,
de ſepult. de iure ciuili dicitur ſumptus fune-
neris,quicquid corporis cauſa erogatum eſt.l.
funeris,in prin.l.at ſi quis.§.funeris cauſa,&.
l.ſiquis ſepulcrum.§.ſumptus funeris.ff. de re
lig.& ſump.fun.Et dicit Bar.in l.qui erat, per
illum tex. ff. fam. erciſ. quòd iudex ex officio
poteſt facere uẽdi de hæreditate ꝓ ſepultura
defuncti,ita tenet & ſequitur Paris de Put. in
tract. ſyndica.uerb.concordia.

E P I T O M E.

1 *Statutum,quòd unus pro alio teneatur, an va-
leat.*

MILLEL. DXXXII.

1 STATVTVM † an ualeat quòd uxor tenea
tur pro marito,& pater ꝓ filio, & ſic unus
pro alio teneatur?tex.in l.hac diffinitione.C.
de om.agr.deſer.lib.10.& in l. fi. C. de pri-
mip. libr. 12.& in l.ſatis.C.in quib.cauſ.pig.
tac.contrah.videntur facere ꝙ ſic. Hinc dicit
Bar.in tract.repres.in 3.q.1.par.prin.quòd va
let ſtatutum expreſsè diſponens, quòd vxor
teneatur pro uiro. Hinc dicit Bal.in l. dotis.
C.de iu.dot.ꝙ valet ſtatutum diſponens,ꝙ fi-
lij mercatorum teneãtur ad debita patris, etiã
ſi non probentur hæredes.Imò etiam ſi con-
ſtet quòd repudiauerunt expreſsè hæreditatẽ,
1 & licet ſtatutum in hoc ſecundum eum eſſet
durum,tamẽ ualet, quia pactum ualeret, & cũ
Bal. trãſit Anca. in rep.c. canonum ſtatuta,
car.18.in uerſ.ſed quęro vlterius,ſcriptum eſt
in lege diuina,de cõſtit. Et quòd pater tenea-
tur pro filio etiam in delictis quoad pœnam
pecuniariam,ponit latè Iaſ.in §.actiones,co-
1 DEBITORIS † eſt electio in alternatiuis.l.plerũq;.§.fi.ff.de iu.dot.l.ſi in emptione.§.pen.ff. de contrah.emp.materia plenè tractatur in l.Lucio,in glo.1.ff.de leg.2.& ibi Bar. not.Bal.ĩ l.qui duos.ff.de leg.2.Imò. in l.planè.§.pen.ff.de leg.1.Dy.in regul.in alternatiuis, de reg.iu.in 6.Et in hac materia in contractibus limitanda eſt regula prædicta,niſi alternatiua eſſet adiecta in fauorem creditoris.Iſtud voluit ſing.Bar.poſt Guil.de Cun.in l.quamuis,in prin.per illum tex.ff.de pig.act. Et propterea infert ibi Bar.quòd ſi promiſiſti mihi ſoluere centum in Paſcate, vel dare pignus ſufficiens, quòd ego poſſum præcisè te cogere ad ſoluendum,quia illud de dandis pignoribus fuit adiectum in fauorem mei creditoris,vnde electio non debet eſſe debitoris, quia aliàs illud quod eſſet appoſitum in meũ fauorem,redundaret in meam læſionem,quod eſſet contra illam.l.quamuis,& contra.l.quod fauore. ff.de legib.vide in ſimili Iaſ.in §. huic autem,col.3.de act.qui loquitur de illo, qui ꝓmiſit alicui, quòd poſsit accipere vnum aut duo plauſtra lignorum de nemore ſuo, vtrum ſit in electione promiſoris impedire ne ſecundum capiat?

EPITOME.

1 *Libellus alternatiuus quando admittitur.*

MILLEL. DLXXVIII.

IAS. in l.ſtipulationum quædam. §. qui il-
1 lud aut illud.ff.de uerb.obl. ponit † an ualeat libellus.Peto talem rem coram vobis domino iudice,aut ueſtro locumtenente, & vtrũ admittatur iſta alternatiua? Et licet Raph. Cumenſ.in conſ.63.Vicarius quidam,conſuluerit quòd non. ita quòd proceſſus inde factus corruat,quoniam libellus eſt incertus ratione perſonę iudicis,ad quem fit relatio.Tamẽ Iaſ. ibi tenet contrarium,per text. ad literam,quę dicit pro hoc facere in c.conſtitutus,de in integ.reſti.ubi dicit admitti talem libellum. Peto talem venditionem nullam, vel me reſtitui ad redimendum rem venditam in quantum venditio

ditio teneret. Et ille tex. quotidie allegatur ad hoc, quòd quando quis probabiliter dubitat de iure ſibi competēte, poteſt alternatiuè plura remedia in libello concludere, & ſequitur ibi Abb. col. ult. in prin. idem Abb. in c. cum olim, el. 2. not. 10. per illum tex. de priuil. & tenet Io. Fab. Ang. & alij. in. §. ſed iſtæ, inſt. de act.

EPITOME.

1 *Iure communi nemo cogitur emere nec vendere.*

MILLEL. DLXXIX.

1 LICET † de iure communi regulariter quis non compellatur emere vel uendere, niſi ad uotum ſuum. l. nec emere. C. de iu. delib. Tamen ratione conſanguinitatis & coniunctionis lex communis vult quòd magis vēdatur propinquis quàm extraneis iuſto precio. l. ad officium, & ibi Bal. C. com. diuid. Saly. in l. dudum. C. de contrah. emp. Bal. in l. 2. in fi. C. de reſcind. vend. Roma. in l. 1. ff. in ius voc. vt eant, vbi ponit priuilegia coniunctionis, & eſt bonus tex. in l. 1. ff. de priuil. cred. vbi coniunctus præfertur extraneo licitatori pignoris. Et propterea Ludo. Bologn. in cōſ. 25. col. 4. dicit quòd conſuetudines & ſtatuta retractus iure ſanguinis dicuntur magis ſecū dum ius commune quàm contra ius. Et quòd valeant probatur per tex. in d. l. dudum, cum dicit (niſi ſpecialiter) vnde dicit quòd iſtud ius prohibitum eſt generaliter, niſi ſpecialiter, vel ſpecialis loci conſuetudo hoc permittat, & ita tenet Bal. ibi, & Hoſt. in c. conſtitutus, de reſt. in integ. Bal. in l. t. C. com. diuid. vbi dicit, q̄ ēt per pactum poteſt committi iſtud ius. l. qui Romæ §. coheredes. ff. de uer. obl. l. 4. §. vbi verò. ff. de pig. act. Ergo etiam poteſt per conſuetudinem & ſtatutum, cum æquiparentur ſecū dum Bal. in l. t. C. de ſerui. & aq. & quod poteſt pactum poteſt & conſuetudo ſeu ſtatutū, glo. in rub. C. de decr. decu. libr. 10. Quæ conſuetudo ſeu ſtatutum fundatur de iure diuino. Hierem. 32. Eme agrum, tibi. n. competit ex propinquitate vt emas. Leuit. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus, & uendiderit poſſeſſiunculam ſuam, & uoluerit propinquus eius, poteſt redimere quod ille uendiderat. Ruth. 4. Nam noſtra intereſt habere res maiorum & prædeceſſorum noſtrorum, ſecundum glo. in l. 1. in uerb. & Reip. intereſt. ff. ſolu. matr. quæ allegat. l. libertus qui ſoluendo. ff. de bon. libert. l. 1. §. ſiquis in fraudem, &. §. & aliàs uideamus. ff. ſi quid in frau. patr. & in l. ſi in emptionem. ff. de mino. qui text. eſt multum not. ad hoc, quòd minor in hoc reſtituitur, & text. in d. c. conſtitutus. Et illam affectionem ſeu intereſſe conſiderauit Barb. in conſ. 13. col. 2. lib. 1. Aduerte quia etiam filij in honorem & memoriam patrum ſuorumq; prædeceſſorum tenentur conſeruare hæreditatem, & illis lares paterni dulces videri debent, exemplo Naboth, de quo habetur. 3. Reg. c. pen. qui cum à Rege Achab, ut uineam, quam iuxta palatiū habebat, accepta meliori, aut præcio iuſtiori ei venderet, accerſitus fuiſſet, reſpondit. Propitius ſit mihi dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi. Et de his uide Guil. Bened. in rep. c. Raynutius, in uerb. in eodem teſta. relinq. nu. 33. cum ſeq. de teſta.

EPITOME.

1 *Ius retractus an habeat locum in uenditione fructuum pendentium.*

MILLEL. DLXXX.

1 IVS † retractus habet ne locum ſi vendātur fructus pendentes? Videtur quòd ſic, quia fructus pendentes inter immobilia computātur, cum pars fundi eſſe cenſentur. l. fructus. ff. de rei uind. Bar. in l. 2. §. prædium. ff. de pig idem Bar. in l. 1. §. cum filiusfa. ſub conditione. §. cū fundum. ff. de ver. obl. Ang. conſ. 331. pro conſultatione. Bal. in c. 1. in vlt. colum. de pac. tenen. dicit, quòd ſi fructus ſint pendentes, puta ſi uendatur frumentum in herba, vel non dum ſecatum à terra, uel uinum exiſtens in uua, tunc iudicandum eſt de eis ac de fundo, & inter res immobiles computantur. Si autem ſint ſeparati à ſolo, licet non dum ſint de ſpica excuſſi, uel de uuis non dum ſit uinum expreſſum, idem dicendum eſt prout de mobilibus, & tunc in hoc non habet locum retractus.

EPITOME.

1 *Scientia facti duplex.*
2 *Gradus inter ſcientiam & ignorantiam.*

MILLEL. DLXXXI.

1 DVPLEX † eſt ſcientia, quædā vera, quædam præſumpta. Vera ſciētia eſt ad quā peruenitur per ſenſum corporis, & iſta dicitẽ vera ſcientia, quæ dicitur infallibilis notia & ueritas, quæ per ſenſum acquiritur, ſecundum Bal. in l. ſcire leges. ff. de legib. quæ conſiſtit in medulla rationum & non in cortice ſcripturarum. c. Marchion. 1. q. 2. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. allegans. l. qui teſtamento, in fi. ff. de teſt.

de teſt. &.l.teſtiũ.C. de teſti. ſcia pſũpta facti aliqñ ſummitur ex cõſanguinitate.l.octaui.ff. vnd. cog. l. de tutela.C.de integ. reſtit. Aliqñ ex uicinitate.l.ſi uicinus.C.de nupt.l.filium. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iu. Aliquando ex eo quod publicè ſeitur,ſecundum glo. in l. ſi tutor. C. de peri.tut.in auth.qui ſemel. C. quo. & quan. iud. Aliquando ex fama, ſiue ex eo quod publicè dicitur, ut in l. cum quidam §.quod dicitur.ff.de acq.hæred.& ibi Bar.in l.
2 poteſt.ff.de acq.hæred.Sed † aduerte,quia ſciẽtiæ veræ terminus oppoſitus eſt inſcientia ſiue ignorantia,inter quæ extrema, ſcilicet ſciẽtiam & ignorantiam ſunt gradus intermedij. Primus quidem gradus eſt dubietas, quæ per inueſtigationem cauſatur. Hęc quidem non eſt ſpecies, ſed eſt quoddam medium, per qđ peruenitur ad inueſtigandum, glo. eſt in l. I. C.de procn.& in rub.de iu.& fac.igno.in l. ſi teſtator.ff.de teſta.& in l.2.C.quib. ad li. pro cl. non lie.Dubitans tamen magis comparatur ignoranti quàm ſcienti,ſecundum ꝙ dicit Bar. in l.ſi. §. I. C.de fur.pleniſsimè Iaſ.in l. quamdiu, colum.2.C.qui adm.in l.3.§.genera.ff.de acq.poſſ.in l.error,in prin.C. de iu. & fac.igno.in l.ſi per errorem,in fi.col.2. ff. de iuriſd. om.iud.Secundus gradus eſt ſuſpicio, p quã animus incipit adherere. l.in l. Aquilia ſi deletum(ibi,ad ſuſpicionem iudicem adducat) ff.ad.l.Aquil.l.abſentem.ff.de pœn.l. 3. §.eiuſdem.ff.de teſti.& hoc tangit Bar. in l.fi. ff.de quæſt.Tertius gradus eſt qui dicitur opinio, per quam animus iudicis magis adheret, & nihil deeſt niſi confeſsio partis, vt habetur in l. I. poſt prin.ff.de quæſt.ibi dum dicitur, ad quęſtionem tunc deuenitur cum ſuſpectus eſt,ita dicit Bar.in d.l.admonendi, col.4. Et ſic opinio dicitur illa, quæ non per ſenſum corporis, ſed per probationes & media concludendi acquiritur,& uocatur uehemens opinio,ſeu credulitas, ſecundum Bar. in l. pater. ff. de acq.hæred.& de opinione eſt tex.in l.I. ff.de interog.act.ubi dat intellectum ad. l. 2. §.quòd obſeruari.C.de iura.calum.ubi eſt uerbum credit quod ita exponitur. Et aduerte ꝙ hæc uehemens opinio conſona ueritati idem operatur,quod certitudo, ſecundum glo. in l. ſi quis extraneus. §. ſciendum, in glo. fi. & ibi Bal.ff.de acq.hæred. Marſ. conſil. 53. nume. 15.

EPITOME.

1 *Contractus ſimulati quomodo probentur.*
2 *Probatio per coniecturas dicitur euidentiſſima.*

MILLEL. DLXXXII.

1 CONTRACTUS † ſimulati probantur per coniecturas, indicia & præſumptiones,cũ huiuſmodi ſimulationes occultè fiant, & alter de altero confidat, ita habetur in.l. nõ omnes.§.à barbaris.ff.de re milit. c. illo uos, de pign.c.ad noſtram,de emp.& uend.not.gl. in l.I.ff.de prob.in l.qui ex liberos,in prin. ff. de bon.poſſ.ſecun.tab.Inno.in c.cum officij, de teſta.Alex.conſ.57.lib.5.cum alijs pleniſſimè allegatis per Ludo.Bologn.in conſ. 25.
2 col. 2. Et † probatio per coniecturas dicitur euidẽtiſsima probatio.l.ſi tutor, cum ibi not. C.de peric.tut.l.licèt Imperator.ff. de leg. I. Io.de Ana.conſ.40.uiſis ſtatutis,Fely. in rub. de prob.col.I.Soc.conſ.18.col.9.lib.I. & cõſil.264.col.2.verſ.ſed ad præmiſſa,lib. 2.

EPITOME.

1 *Fraus quando præſumatur.*

MILLEL. DLXXXIII.

1 QVI fraudem † dicit, fraudem probare debet,Specul.tit.de appel.§. nunc tractemus, uerſ.ſed ſecundum pręmiſſa, idem Specul.tit. de donat.§.I.verſ.item pone aliquis,per.l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob.Et in 223. caſibus poſitis per Luc.de Pen. in l. quemadmodum. C.de agric. & cenſ. libr. II. præſumitur fraus,dolus & malitia, quę nota, cum ſint multum ſingularia,& ibi plenè quomodo præſumatur eſſe extra malitiam aliàs præſumptum.

EPITOME.

1 *Probatio per coniecturas multiplex.*

MILLEL. DLXXXIIII.

BARTH. Cepol. de ſimul.contract.ponit 26.præſumptiones ſimulationis,Alcia.in l. ſi maior.C.de tranſ.ponit 16.cõiecturas,ex quibus probatur & coniecturatur fraus in alienationibus & in inſtrumentis, de quib. aliqua dicit Caſſan.conſ.25.conſ.33.nu.5. &
1 conſ.39. nu.54.Et quia Alcia.in d.loco addit decem ex ſe, quas reperio vtiles ĩ pratica poſt alias ſex, quæ ſunt communes ideo hic illos decem inſerere volui. Prima coniectura eſt, quando in alienatione legitimę ſolennitates minus obſeruatæ proponuntur.l.ſi quis.C. de reſcind.uend.uel communis ſtilus neglectus, not.per Fely.in c.2.col.7.inſolitæq; clauſulæ adducuntur.c.quàm graui,de crim.fal.l. conſtitutio-

ſtitutionibus,in fi.ff.ad Municip. quandoque minimæ cautelæ fraudis meditationẽ arguũt, ſecundum glo.in l. ſiquis ſub conditione .ff. de cond.inſtit.de qua per Fely.in d.c.2.col. 7.& in c.cauſamq; ,in fi.de teſti.& per Iaſ. in l.teſtamentum non ideo.C.de teſta.Barba. in conſ.1.col.42.lib.1.Caſſan.d.conſ.25. uerſ. ſeptimo ex eo.Secunda,quando in alienatione aliqua ex cauſa celebrata, ſententiam partes mutaſſent, & alium titulũ prætexuiſſent, præſumitur ex variatione fraus,glo.in c.1. vt benef. eccleſiaſt. quod & in bigama muliere ſancitum eſt, conſtitutam ſemel dotem renuente, ut eſt tex. in auth.de nupt.§.de augmentis, iun.glo. in uerb. uitricum. Tertia, quando alienatio facta ſub nomine venditionis eſſet,nullo precio corporaliter interueniẽte.l.1.§.ſi mutuam,in fi.&.§.ſi quid ſi lite.ff. ſi quid in fraud.patr.uel modico numerato.l. p diuerſas,& ibi Bar.q.2. C. mand.de qua uide Iaſ.in §.fuerat,col.17.inſt.de act.Rom.conſ. 86.colum.2.in fi.Paul.in l.fi.col.penul.ff.de alien.mu.iud. cau. fac.vide in ſimili Iaſ. in l. ſi arrogator,col.9.ff.de adopt.Quarta, quando alienatio mixtim titulo donationis venditionisq; celebrata fuiſſet,vt ſicut tali caſu ceſſio actionum eſt nulla, annullantq; contrahẽtes ius ſuum. l.ab Anaſtaſio. C. mand. ita in alijs contractibus, ſaltem ſi fraudis ſuſpicio oriatur.Quinta,quoties alienatio conditionẽ haberet ex voluntate reſolutoriam,arg.l.ſi ita quis,in fi.ff.de leg.2.Guil.Bal.Cy.in l.ſi tibi, in prin. ff.de pact.Idem ſi collata eſſet reuocatio in alicuius uoluntatem,qui aliàs ſuſpectus eſſet,puta matris vel coniuncti,arg.l.ſiquis in tegras,in fi.ff.qui & à quib.Sexta,quando alienatio inter perſonas prohibitas celebrata eſt. l. qui teſtamentum.ff.de prob.tunc enim nec confeſsioni quidem iuratæ ſtandum eſſet. l. cum quis decedens.§.pen.ff. de leg.3.Septima, quando ante alienationem aliqua verba quis effutiſſet, vnde dolus argui poſſet, Bar. in l. ſi ventri. § . ſi .ff. de priu. cred. Octaua, ſi alienatio priuatis chyrographis celebrata apparet ſuſpecta.l. non intelligitur.§. tacitè. ff. de ver. ſig. tum quia clandeſtina,tum quia anticipata,ſeu(vt veteres dicunt)repetita die fieri potuit.l.1.ff.de fid.inſtr. interimq; chyrographum penes alienantem eſſet.l.ſcripturas,& auth.ſiquis.C.qui pot.in pig.hab. Idem eſt ſi fiat coram notario & duobus teſtibus multum domeſticis, per ea quæ dicunt Ang. & Paul. in .l. in tacitis.ff. de leg. 1. quod not. quia eſt multum ſing. Nona, quando alienationis inſtrumentum eo tempore exhibetur, quo & notarius & teſtes in eo deſcripti in humanis eſſe deſierunt, vel qui ſuperſtites ſunt magna amicitia ei iunguntur, cui id inſtrumentum bonum eſt, vt tenet Curt. Sen. conſ. 54.colum.6. vbi dicit quòd inſtrumentum diu occultum præſumitur ſimulatum,ſecundum Bal. in l.fraus.ff. de legib. allegando Iac.de Aren.ita tenere in l.filio.ff.ſolu.matr. Iaſ.in l.ſub prætextu,colum.2.C.de tranſ.Decima,quando ex qualitate perſonæ uel rei natura alienatio ſeu promiſſio ſuſpecta eſt, qualitas. n.perſonarum preſertim inſpiciẽda eſt. l.cum hi.§.ſed & pars.ff.de pac. Adde vndecimam quando non reperitur prothocollum, quoniam tunc inſtrumenta redduntur ſuſpecta ut dicit Bald. in l. Caſsius. ff. de ſenat. pro qua opinione dicit Iac. de.S. Georgio in l.fi.nu.28.C de edic.diu. Adr. toll. ita uidiſſe iudicari, Caſſan.conſ.63.verſ.& quòd reperiatur ſuſpecta.Duodecima,quando inſtrumenta ſunt recepta à notario non fideli & malè famato, quoniam in talibus diminuitur de fide inſtrumenti,vt dicit Bal.in l.iubemus,in fi. C.de prob.Caſſan.d.conſ.63.Decimatertia,ſi in venditione apponatur clauſula. Et quod plus valet donat, præſumitur fraus & ſimulatio.Bertrand.conſ.236.par. 2. Decimaquarta, quòd ſimulatio probatur ex his, quæ geſta fuerunt ante contractum, vel in ipſo contractu, non autem ex his quæ poſt contractum fiunt aut geruntur,ita tenet Bal.in l.1.verſ.decimò quero ſi ſeruus.ff.ſi q d in fraud. patr.Cepol.caut. 171.Iaſ.in.§.item ſiquis in fraudẽ, in præmiſsis,inſt.de act.

EPITOME.

1 *Probatio per confeſſionem partis.*

MILLEL. DLXXXV.

1 NVLLA † melior probatio quàm per confeſsionem partis aduerſæ .l. qui de inofficioſo . ff. de inof. teſta. c. quoniam per confeſsionem, de priuil.& alibi dicitur, quòd tantum valet probatio per confeſsionem partis, quantum per teſtem. l. Titia .ff. ſolu. matr. l. 2. in fi. C. de in ius voc. l. cum te. C. de tranſ. l. ſi de poſſeſsione. C. eo. pro quo eſt text. in .l. illam, ibi (quid opus eſt teſtibus). C. de dona. Hinc eſt quòd licet contra præſumptionem iuris & de iure probatio non admittatur, tamen admittitur confeſsio partis, ita tenet Bar. in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. an. nupt. Iaſ. in. d. l. cum te, vbi plenè, & in. leg. ſi prius,

C col.

Et uide Abb. in c. cum ſit generale, de for. comp. vbi tractat coram quo iudice ſit diſputã dum de crimine periurij. Et vide quæ dicit Guid. Pap. q. 188.

EPITOME.

1 *Quot incommoda periurus incurrat.*

MILLEL. DXC.

1 PLVRA † incommoda periurus incurrit. Primum, ſi aliquis iurauit in contractu, compromiſſo, uel tranſactione, & poſtea non obſeruat iuramentum, cadit in pœnas. l. ſi quis maior. C. de tranſ. vbi Iaſ. & cæteri Scrib. Alc. conſ. 76. lib. 5. Iaſ. in l. quod te, col. 8. ff. ſi cer. peta. Secundum, quia efficitur infamis in facto & ĩ iure. c. infames. 6. q. 1. not. Bar. & Ang. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. Iaſ. in d. l. ſi quis maior, col. 5. Ideo dicit Cicero lib. 2. de legib. Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus. Tertium, cum efficiatur infamis, non admittitur amplius ad aliquam dignitatem. l. quoties. C. de digni. lib. 12. Bal. in l. 2. C. de reb. cred. Infamibus. n. portæ dignitatis non patebũt, dicit text. in reg. iu. libr. 6. Quartũ, quia periurus ad teſtimonium non admittitur. c. paruuli. 16. q. 5. c. quicunq; fratres. 6. q. 1. c. teſtimonium. c. ſicut, de teſti. c. literas, de præſump. Iaſ. in rep. l. admonendi, col. 26. ff. de iureiu. facit glo. in d. l. Lucius, in fi. Alexan. conſ. 133. col. 6. lib. 1. Bal. in l. ſi veteris. C. de fid. inſtr. Iaſ. in l. in arenam. C. de inof. teſta. Quintum, quia ab agendo repellitur, glo. eſt in d. c. paruuli, quod ſanè intellige & limita vt per gl. & doct. in c. dilecti. de for. comp. Et dicit Butr. in c. dilecti, col. 3. de excep. quòd exceptio periurij eſt exceptio litis finitæ, ita ꝙ impedit litis ingreſſum, quod eſſet multũ not. ſi eſſet verum. Sextũ, quia periurus perdit omnia beneficia legum, canonum & ſtatutorum, quibus cauetur, quòd debeat credi iuramento alicuius, tex. eſt in d. c. paruuli, Bal. in auth. ei qui. C. de bon. auct. iud. poſſ. Abb. in c. quæſtionum, de appel. Septimum, quia clericus beneficiatus propter periurium remouetur à beneficio. c. 2. & ibi doct. de reſcip. & dicit Bal. quòd clarius alibi non habetur, ſed ſimilis eſt tex. in c. cum quidam, & in c. querelam, de iureiu. vbi dicitur idem eſſe in Epiſcopo, qui propter periurium priuari debet epiſcopatu, not. glo. in c. fi. de iureiu. lib. 6. Bal. in l. 2. C. de iureiu. Et dicit Bal. in d. c. cum quidam, quòd etiam doctor propter periurium poteſt deponi à doctoratu. Hæc ſeptem incommoda ponit Iaſ. in l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit, col. 2. ff. de iureiu. Octauum, quia collatio beneficij eccleſiaſtici facto periuro eſt mero iure nulla, ſecundum Feder. de Senis conſ. 50. an collatio, allegantem Hoſt. in c. cum inter, de exceſ. prælat. & iſtud etiam tenet Capel. Tolos. deciſ. 17. vbi ponit prædictas pœnas. Iaſ. in d. §. ſiquis iurauerit, dicit poſt Zabar. in d. c. querelam, & Imo. in c. auditis, ad fi. de elect. quòd non eſt nulla ipſo iure. Nonũ, quia periurus poteſt dici falſarius, cum falſum committat, text. & glo. in c. illud, de exceſ. prelat. Decimum, quia poteſt agi contra eum ad ſatisfaciendum parti de illato damno. l. qui nomine. ff. de falſ. ſecundum Io. And. in c. 1. de falſ. tenet Iaſ. in §. item ſiquis poſtulante. colum. 12. inſt. de act. Vndecimum, quia apud Egiptios pœna capitis mulctabatur, vt refert Diod. ſicul. libr. 1. relatus per Guil. Bened. in rep. c. Raynutius, in verb. teſtamentum. 3. num. 45. de teſta. Apud Neapolim periurus punitur in amputatione manus, Affl. in conſt. eos qui ſcienter. lib. 3. Prædicta intellige de parte periurante, quid autem de teſte, Iaſ. ponit in d. §. ſi quis iurauerit, in fi. Fely. in c. conſtitutus, colum. 8. de reſcrip. Marſ. in prat. crim. §. ſupereſt. num. 16. Clarus in §. periurium.

EPITOME.

1 *Temporis immemorialis vis.*

2 *Præſcriptio temporis immemorialis quomodo probetur.*

MILLEL. DXCI.

1 TEMPVS † immemoriale habet vim priuilegij & concesſionis, etiam in his quæ ſunt Principi reſeruata. c. ſuper quibuſdam. §. propterea, de ver. ſig. Iaſ. in l. de quibus, col. 10. ff. de legib. Alex. conſ. 35. lib. 2. Soc. conſ. 127. colum. pen. libr. 1. & conſ. 260 col. pen. lib. 2. Paul. conſ. 20. lib. 1. Bologn. cõſ. 77. Nec eſt neceſſaria tituli allegatio in hoc tempore, Alex. conſil. 6. colum. 2. lib. 1. & conſ. 125, cum ſeq. lib. 2. Nec etiam requiritur in præſcriptione tanti temporis ſcientia eius, contra quem præſcribitur, Iaſ. in l. Imperium, col. 8. ff. de iuriſd. om. iud. Imò probata præſcriptione tanti temporis, non admittitur probatio in contrarium, Fely. in c. cum nobis, colum. tertia. de prẹſcrip. Barb. conſil. 41.
2 colum. 11. libr. 1. Quomodo † probabitur tanti temporis præſcriptio? glo. iſtud determinat in c. 1. in uerb. memoria, de prẹſcrip. in 6. Aret. conſ. 36. & conſ. 166. Abb. in c.

cum nobis,& ibi Fely.col. 5. de præſcrip. ubi ponit multos modos.

EPITOME.

1 *Præſumptio donationis.*

MILLEL. DXCII.

1 QVOMODO † præſumatur donatio ponitur in l.Procula.ff.de prob. quod eſt tribus concurrentibus,ut per Alexan. conſ.46.in fi.lib.1.& in l.quæ dotis,col.7. ff. ſolu.matr.& in conſ.56.lib.4. Fely. in c.literas,de præſump.Rom.conſ.143.

EPITOME.

1 *Allegato titulo probata annua præſtatione quæ præſumptio inſurgit.*

MILLEL. DCXIII.

1 QVAE † præſumptio inſurgit ex titulo allegato & probata diuturna præſtatione, & an tollat probationem in contrariũ?Cy.in l.ſi certis annis.q.10.C.de pac. Pau.de Caſt.Bal.in l.2.C.de dot. promis. Io. And.in c.fi.de cauſ.poſſ.& propr. Alex. conſ. 113.col.3.lib.1.dicunt,quòd eſt præſumptio iuris tantum,& non iuris & de iure,ex quo poteſt probari contrarium: probando quòd ſolutum fuit per errorem,vel ex mala cauſa,vt oſtẽdit Cy. per plures rationes in d.l.ſi certis annis, & ibi Iaſ.col.4.Et ideo aduerte quòd volens probare contrarium, tenetur probare per euidentiſsimas probationes , de quibus per Specul.in tit.de prob.§.fi.Iaſ.in l. ſciendum. col. 14. ff.de uerb.obl. uerſ.item an admittatur probatio in contrarium.

EPITOME.

1 *Sterilitas futura quomodo dignoſcenda.*
2 *Cauſa ſuperior ſterilitatis Deus.*

MILLEL. DCXIIII.

1 QVANDO † cognoſci poſsit, an in anno ſequenti erit ſterilitas? Macrob. in Saturnal. dicit. Cum ea eſt anni temperies ſerena, ſit ſolſtitinm verò hymbricum, fructus optimè proueniunt. Luc.de Pen. in l. 2.col.3.C.de agric.& cenſ.lib.11. dicit quòd inuenitur hoc ruſticum vetus canticum.Hiberno puluere,uerno luto, grandia farra, Camille metes. Dicit etiam ſe audiuiſſe uirum fide dignum dicẽtem.Quòd ſi die 15.Nouembris, qui eſt quartus poſt feſtum beati Martini, in aurora, cum ſignum Tauri occidit, aer eſt turbidus,paratus ad imbres & pluuias,non eſt bonum ſerere fruges,nam vt plurimum eo anno centeſimo die continuo uel interpolato futuræ ſunt pluuiæ ſiue niues,ita quòd tãta inundatione aquarum & niuium corrumpuntur , ubi autem aer eſt lucidus et ſerenus tunc bonum eſt. Vnde Bernardus ſuper Canti. Salomo.proſequens illud. Imber abijt & receſsit. Imber qui inundatione facta operiebat terrã, culturaſq; impediebat,uel ſata necabat, vel ſeri uetabat,is, inquam,imber excurrit,abijt & receſsit.Ideo dicitur Prouerb.28.In imbre vehementi paratur fames, & agricolę nouerunt ſegetibus prebere quaſdam oportunitates ut naſcantur,vt habetur.26 q.5.c.nec mirum. §. ſicut nec,&.c.non licet. Quicquid ſit ego fir-
2 miter eredo † quòd ſterilitas ſeminum, interitus pecorum & animalium proueniat à nolun tate diuina,tanquàm à ſuperiori cauſa, & hoc propter peccata gentium.Patet Ioel.1. quando propter peccata populi dicitur. Diſsipata ſunt horrea,diſsipatæ ſunt apothecæ, confuſum eſt triticum,ingemuit animal,mugierunt greges armenti : quia non ſunt paſcua eis,ſed & greges pecorum diſperierunt. Et Aggei primo.Ponite corda ueſtra ſuper vias veſtras, dicit Dominus,ſeminaſtis multum, & collegiſtis parum, & commediſtis & non eſtis ſaturati,bibiſtis,& non eſtis inebriati.Et infra.Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factũ eſt minus, & intuliſtis in domum,& eſſuflaui illud. Propter hoc(inquit)ſuper uos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem,& terra prohibita eſt,ne daret germen ſuum , & vocaui ſiccitatem ſuper terram,& ſuper montes,& ſuper triticum, vinum,oleum & quæcunq; profert humus, & ſuper homines & iumenta, & ſuper omnem laborẽ manuũ veſtrarũ,& in c.2.dicit. Percuſsi vos vento & erugine, & omnia opera manuũ veſtrarum,& non fuit qui reuerteretur ad me. Hæc etiam proueniunt ex conſtellatione cœlorum,qui diuerſimode influunt, ſecundum ꝙ Deo ſeruimus uel non. Vnde Leuit. 26. dicitur. Si non feceritis mandata mea , dabo vobis cœlum deſuper ferreum,& terram ęneam, & conſumetur incaſſum labor veſter. Si autem in præceptis meis ambulaueritis , dabo uobis tẽporib. ſuis pluuiã,& terra gignet germen ſuum. Et ex his conſtat, quòd ſemina non ueniunt nec ſunt conſideranda, vt veniant à caſu, vt dicit Luc.de Penna, ſed ex diſpoſitione diuina ſecundum merita aut demerita noſtra.

EPI-

EPITOME.

1 *Pactum de non alienando an impediat dominij translationem.*

MILLEL. DXCV.

1 PACTUM † de non alienando non impedit dominij tranſlationem contractu appoſitum, hanc concluſionem omnes tenent, Bar. Bal. in l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. Bart. Aret. & alij in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acq. poſſ. Paul. de Caſtr. in l. fi. C. de pac. int. emp. & uendit. Bart. Alex. Iaſ. Claud. in l. ſiquis ita ſtipulatus. §. ea lege. ff. de uerb. obl. Alex. conſil. 10. lib. 1. Curt. Sen. conſ. 1 2. Titius, Fulg. conſil. 213. domina Simona. Pro hac concluſione eſt text. in d. §. ea lege, & in l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de act. emp. vbi datur actio ex ſtipulatu uel ex uendito ad intereſſe. Hæc concluſio limitatur duodecim modis, quos bono ordine refert Caſſan. in conſuet. Burg. tit. de cenſeſ. §. 3. gloſ. 3.

EPITOME.

1 *Requiſita ad remiſſionem criminoſi.*

MILLEL. DXCVI.

1 REMISSIO † criminoſi vt fiat plura requiruntur. Primò, ut criminoſus delictũ commiſerit in territorio remitti petentis, per tex. in l. 1. C. ubi de crim. agi opor. Secundò, quòd conſtet quòd crimen de quo agitur ſit commiſſum. l. 1. §. item illud. ff. ad Syll. Zabar. in clem. paſtoralis. §. denique, col. ult. de ſent. excom. Old. conſ. 123. Tertiò, quòd ſit in grauioribus delictis. §. ſi quis verò, in autb. ut nulli. iud. colla. 9. Henr. Boich. in c. 1. de raptor. Gemin. in cap. Romana. §. contrahentes, de for. comp. in 6. Petr. & Cy. in auth. qua in prouincia. C. ubi de crim. ag. opor. Quartò, quòd delatus non ſit uagabundus, quia tunc ubique poſſet puniri. l. 1. & ibi gloſ. in uerb. reperiuntur, in fi. C. ubi de crim. ag. op. Abb. in c. fi. col. 6. ibi, tertiò gloſ. dicit, de for. comp. Quintò quòd ſint iudices ſub eodem Principe. Bar. in l. 2. uerſ. ſed nunquid. C. de ſeru. fug. Secus inter diuerſos Principes, quia de conſuetudine hodie non fiunt remiſsiones, quia ſciſum & diuiſum eſt imperiũ, not. in rubr. C. de ſtud. lib. urb. Rom. lib. 11. & plenè per Aegid. Bellam. conſil. 11. Sextò, quòd non commiſerit crimẽ penes iudicem, penes quem detinctur, quia antequam remittatur, debet fieri de tali crimine punitio. l. ſicut. §. fi. & l. fi. ff. de accuſ. Septimò, quòd remiſsio petatur fieri à minori tribunali ad maius, ita tenet Old. conſ. 223. Apoſt. ad Guid. Pap. q. 202. Octauò, remiſsio nõ fiet in crimine hæreſis, quia poteſt per quemcunque puniri. l. Arriani. C. de hæret. Pau. de Leaz. in d. clem. paſtoralis, facit quod not. Bart. in l. dominium. ff. de fur. Nonò, quòd iudex debitè requiratur. Guid. Pap. d. q. 202. d. §. ſi quis verò. Cyn. in d. auth. qua in prouincia. Decimò. quòd fiet de condemnando non de condemnato ad exequendum, ita Bal. in l. executorẽ, col. 7. C. de exec. rei iud. Bar. & Alex. ibi in apoſt. in l. ſepulcri. ff. de ſep. uiol. Affl. in conſtit. capitaneorum, not. 1.

EPETOME.

1 *Facultas quando per non uſum amittatur.*

MILLE DXCVII.

1 BAR. in l. in † filijs. C. de decur. lib. 10. Iaſ. in l. fi. col. 9. ff. de conſt. prin. & in l. falſo. C. de diue. reſcrip. Abb. in c. cum ſit generale, col. 5. de for. comp. & in c. quoniam frequenter. §. in alijs, col. 16. vt lit. non cont. dicunt, quòd quando alicui competit aliqua facultas, quòd ſi ipſe ea non utatur, etiam per centum annos, eo quòd ſibi non expediebat uti, uel non occurrebat neceſsitas, quòd per non uſum non tollitur ſua facultas, nec in talibus per non uſum introducitur conſuetudo.

EPITOME.

1 *Requiſita ad acquiſitionem iurium negatiuorum.*

MILLEL. DXCVIII.

1 IN † acquiſitione iurium negatiuorum, ut alicui competere poſsint, etiam quoad poſſeſsionem ſolum duo neceſſaria requiruntur. Primum, prohibitio ſeu contradictio illius, qui aſſerit ſibi competere tale ius negatiuum, & patientia ſeu admiſſa prohibitio ex parte illius, cui eſt facta prohibitio ſeu contradictio, 1 Probatur per gloſ. ſolennem in leg. 1. in gloſ. mag. cir. prin. C. de ſerui. & aqu. & in leg. qui luminibus, in prin. ff. de ſeru. urb. præd. Bar. in leg. ſi prius, opp. 17. ff. de oper. no. nunc. Iaſ. in l. quominus, col. 6. ibi, ſecundò confirmatur. ff. de flum. Alb. in l. ſeruitutes, la grande. ff. de ſeruit. plenè Iacobin. in inueſt. feud. in uerb. & cũ molendinis, col. 2. ibi, ſed quæro dominus loci &c. Imò dicit Phil. Fra. & Card. Alex. in c. ſignificãte, not. 1. q̃ ẽt talia iura negatiua non q̃runtur conſuetudine, aut præſcriptione

etiam tanti temporis,cuius initij memoria nõ extat in contrarium , niſi præceſſerit prohibitio & patientia,aliàs nunquàm in talibus quæritur poſſeſsio.In hoc contrarium ſentit Affl. in conſt.maieſtas procuratoribus,2.not.quòd ſi probetur conſuetudo vetuſtiſsima tanti temporis,valet ad hoc,etiam ſi non probetur prohibitio.Vide Abb.in c.abbate.S.Syluani, col. 2.per illum tex.iun.glo.de uerb.ſign.

EPITOME.

1 *Tempus ſubſtantiale diſpoſitionis probandum, idem de loco.2.*

MILLEL. DLXLIX.

1 VBI † certum & determinatum tempus
eſt de ſubſtantia diſpoſitionis,punctua
liter interuenire debet,aliàs diſpoſitio non te
net,Ang.in l.i ſubſtitutione.ff. de vulg. ſubſt.
allegat.l.eum actum .ff.de neg.geſt.& .l. ma-
trem.C.de prob.per quem tex.Bal. ibi decidit
multas quæſtiones . Facit quod dicit idẽ Ang.
in l.2.col.2.C.de pet.hæred.ubi dicit per illã.
l.quòd ubicunq; aliquod tempus punctualiter
eſt de ſubſtantia ad victoriam reportandam,
ibi illud liquidò probari debet,allegat.d.l. ma
2 trem,& d.l.eum . Idem † eſt dicendum in lo-
co,vt not. Bar.& alij in l. non ſolum . §. ſed
vt probari,ff.de oper.no. nunc. Et idem Ang.
in l.1.§.fi.ff.de incen.rui.& nauf.quòd ubi lex
exigit certum locum vel tempus, illud debet
deduci & probari, & idem Ang.in l. eum qui .
§.Publiciana,per illum tex.ff.de publicia.ple-
niſsimè per.Iaſ.in l.non ſolum.§ . ſciendum .
ff.de oper. no.nunc.

EPITOME.

1 *Illi de uniuerſitate an poſſint eſſe teſtes in cauſa vniuerſitatis.*

MILLEL. DC.

1 REGVLA eſt † quòd illi qui ſunt de vniuerſitate,poſſunt eſſe teſtes in cauſa vniuerſitatis,ita tenet gl.Bar.& alij i l. i tm.§.uniuerſitatis.ff.de rer.diuiſ.gl. in l. ſi municipes, ubi Bal.& Ang.ff.quòd cuiuſq; uniu. nom. & in.§.cogitandum,in auth.de mona.l . idonei . ff.de teſtib.Cy.Bal.Saly.Alb.in l.parentes. C. de teſtib.Specul.& Io.And.in tit.de teſt. §.1 . verſ. ſed nunquid in cauſa uniuerſitatis, Abb. in conſ. 16 . ad claram deciſionem præſentis dubij . Hæc concluſio & regula limitatur ſex modis per Iaſ. in . l. ſed ſi . § . patronum. ſecundo . ff . de in ius uoc. quas reaſummit Caſſan.in conſuetud.Burgund. tit. des foreſtz.§. 5 .glo. 3

EPITOME.

1 *Caſus in quibus non currit præſcriptio.*

MILLEL. DCI.

1 SED † quæro quæ ſunt illa, quæ non ſunt præſcriptibilia?Vide multos caſus in quibus non currit præſcriptio per glo.& doct. in c. cum non liceat, de pręſcrip. Prat. Papin. in for.reſp.rei,uerb.præſcriptionis,col. 6. Quibus adde quòd in his quæ ſunt meræ facultatis non currit præſcriptio. Fely. in c. cum acceſſiſſent,col.13.de conſtit.Iaſ.in l.fi.col.10. ff. de conſtit.Princ.Item reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis non præſcribuntur,Iaſ.in l. imperium,col.9.ff.de iuriſd.om.iud.Bal. cõſ. 201.libr. 2. Item iuri declarandi uoluntatem nunquàm præſcribitur Bal.in l.1,C.de annal. excep. Item contra non valentem agere non currit præſcriptio Abb.in conſ.22.lib.1. Bal. in l.1.col.2.verſ.quintò opponitur. C.de bõ. mat.Caſſan.latè in conſuet. Burg. tit.de cẽſes §.2.verſ.nunc ſuccedit alia quęſtio. Item iuri agendi nunquàm præſcribitur, quando cauſat à timore,Bal.in l.præſcriptionem.C. de pręſ. 30.an.Item quando conuentum eſt inter partes,quòd nunquàm currat præſcriptio,Bal.ibi, & in l. ſicut , C.de pręſ.30.an.Maximè quando iuramentum appoſitum eſt in conuentione,ita tenet Cepol. caut. 68.vbi dicit eſſe bonam cautelam ad impediendum præſcriptionẽ,Fely.in rub.de præſcrip.vbi amplè,& iſtud dictum de iuramento multum ex tollit Marſ. ſing.141.ubi dicit, quòd vbi eſt interpoſitum iuramentum nunquàm currit pręſcriptio, quod facile ſuſtineri poſſet quoad ipſos contrahentes,ſecus quoad ſuos hęredes & ſucceſſores.

EPITOME.

1 *Sodomia an ſit iuſta cauſa ſeparationis thori.*

MILLEL. DCII.

COMES Achilles Sanctobonifacius Ve-
ronenſis.D.meus obſeruandiſsimus in
1 familiari colloquio quæſiuit à me. An † ſodo
mia mariti præbeat iuſtam cauſam vxori petẽ
di ſeparationem thori ? Oſcintanter reſpondi
quòd ſic,& ita reperij Barb.tenere in cõſ. 64.
nu.8.lib.1. vbi ponit multas deteſtationes hu
ius criminis,eſt tex.in c.omnes.32.q.7. & eſt
communis opinio , vt atteſtatur Lambert. de
iurepatr.in 1.par.lib.2.q.9.art.18.in fi. Dida

cus

cus in epit.de ſponſ.& matr.pag.132.num.6. Peſsimum enim vitium eſt.& deteſtabile crimẽ,cum ſcribatur Genes.c.37.Accuſauit(inquit) eos Ioſeph crimine peſsimo, & dicitur Genes.c.18.Et peccatum eorum aggrauatum eſt nimis,facit.c.clerici,de exceſ.pręla. vbi uocantur ſodomitæ filij diffidentiæ,quaſi de eorum ſalute eſt diffidendum,vt voluit ibi glo.facit.c.Deus omnipotens.2.q.1.c.flagitia. 32. q.7.c.vt cleriorũ,de ui.& hon. cler. Apoſt. ad Rõ. 1. Tradidit illos Deus in paſsiones ignominiæ, nam fœminę immutauerunt eorum vſum naturalem. Loquendo contra mulieres ſe exercentes vt viri,quę puniuntur.l.fœdiſsimam,& ibi gl.C.de adult.quę eſt mirabilis lex. Eſt verũ ꝙ Inno.in c.maritus, de adult. dicebat,quòd propter ſodomiã, quã maritus cum alijs exercet, non poterat vxor ſeparari à thoro uiri, niſi quãdo maritus vellet etiam uxorẽ ad illud trahere.Et opinio.Inno.dixit eſſe magis cõmunẽ Flor.in d.c. maritus, quem refert Ana.ibi nu.3. Sed certe prima opinio eſt magis cõmunis & tenẽda. Si.n.propter adulteriũ ſit thori ſeparatio,Paris.conſ.54.lib.4. multo magis propterhoc crimen debet poſſe fieri, quod eſt multo grauius, & ex quo magis lęditur matrimonium. Et ita hanc opinionẽ eſſe magis cõmunẽ cõtra Inno.dicit Abb.in d.c. maritus,in fi.quem refert Conrad.in ſuo breuiar.pag.374.nu.4. De quo crimine uide Calca.conſ.110.Soc.Iun.conſ.7.lib.3.Dec.cõſ. 90.Marſ.conſ.28.Gramat.conſil.65. Mant. conſ.213.Paris.conſ.163.lib.4.

EPITOME.

1 *An præſcriptio ſtatutaria requirat bonam fidem.*

MILLEL. DCIII.

1 NVNQVID † pręſcriptio ſtatutaria requirat bonam fidem?Abb.in conſ. 76. in fi.libr.1.Iaſ.in l.non dubiũ.col.8.C. de legib.tenent ꝙ ſic. Quod nõ videtur procedere in preſcriptione 30.annorũ.quę currit etiã cũ mala fide.l.cũ notiſsimi.C.de pręſcrip.30.an. & dicit Bar.in l.fi.in fi.C.vnd.vi,ꝙ poſt 30.annos nõ eſt opponẽda mala fides,tex.in c. placuit. 2.16.q.3.Iaſ.in l.clã poſsidere.§. qui ad nũdinas,col.2.ff.de acq.poſſ. in §. ſed iſtę, col.11.inſt.de act.Alex.cõſ.71.col.2.libr. 1. Soc.cõſ.127.col.pẽ.li.1.Intellige inſpecto iure ciuili,at ſecundum canones,vbi poteſt pręſummi mala fides ex parte detinentis, nunquàm eſſet iudicandum pro prętendente pręſcriptionem.c.fi.de pręſcrip.

EPITOME.

1 *An tollat ciuilem & naturalem obligationem præſcriptio ſtatutaria.*

2 *Cautela contra talem præſcriptionem.*

MILLEL. DCIIII.

1 QVAERO † an pręſcriptio ſtatutaria tollat ciuilem & naturalem obligationẽ? Bal.in l.bene à Zenone.C.de quad. p̃ſcrip.in c.eccleſia ſanctę Marię,de conſt.& in l.omnes.C.de pręſcrip.30.an.Bar.in l.fi.ff.rẽ rat.hab.Alex.in l.ſi pene.ff.de cõd.ind.Doct. in c.fi.de pręſcrip. dicunt ꝙ tollit ciuilem nõ naturalẽ,quã elidit & eius effectũ tantum. Ex

2 † quo aduerte ad magnam cautelam,quòd quãdo aliquis pręſcripſit cõtra te, vadas ad Principẽ,& impetra reſcriptũ,in quo ſit clauſula, ꝙ in dicta cauſa procedat de æquitate, quia hoc caſu qui obligatus eſt naturaliter nõ põt contra ſe opponere exceptionẽ pręſcriptionis, Bal.in ſimili in l.1.C.de pręſcrip.30.an. Soc. cõſ.86.col.pẽ.verſ.primò qa.li.1.& cõſ.116. col.4.circa fi.lib.2.Verũ Fely. in rub. de pręſcrip.col.2.& Rom.cõſ.149.dicũt ꝙ cõtrariũ videtur verius, per doctr. Bar. in extrauag. ad reprimen.in verſ.videbitur,in fi. vbi dicit, ꝙ habẽs poteſtatẽ procedẽdi de ęquitate, nõ tenetur ſequi iura in his quę oportet facere, ſecus in his quę ſunt facta à iure, adeo ꝙ ex hoc iã quęſitũ eſt ius parti, tunc enim non poteſt mutare ius alteri ablatum, & mihi quęſitum, per l.bona fides.ff.depoſ.aliàs auferre ius alienũ,quod eſt contra ęquitatem naturalem. Cũ ergo per pręſcriptionem quęſitum eſt ius pręſcribenti miniſterio legis,non eſt per arbitriũ mutabile. Faciunt dicta per Fely.in c.uigilanti,de pręſcrip. vbi dicit, quòd pręſcribens eſt tutùs in foro conſcientię, etiam ſi ſuperueniat mala fides poſt pręſcriptionem completam,idem Fely.in c.nouit,col.3.& Barba. colum.35.de iud.Prat.Papiens.in for.reſp.rei,in verb.pręſcriptionis.Et ideo dicit Bar.in l.fi.§. 1.in princ. ff.rem rat.hab.quòd tutus pręſcriptione,ſi ſoluat,poteſt repetere. Dicit tamen Bal.in l.ſi quis emptionis.§.1.C. de pręſcrip. 30.an. caueat pręſcribens ne perdat poſſeſsionem rei pręſcriptę, quia ſi opponatur ei mala fides,vix poterit recuperare, niſi habuerit titulum,quod not.& uide Affl. in conſtit. conſuetudinem,not.6.lib.3.

EPITOME.

1 *Vnica ratione exiſtente, an habeatur pro expreſſa.*

MIL-

MILLEL. DCV.

1 QVANDO † unica ratio tantum in ſtatuto aſsignari poteſt habetur pro expreſſa, gloſ. ſing. in l. quãuis. C. de fideic. quam ibi not. Bal. Paul. Bal. in l. maximum uitium, col. 4. C. de lib. præt. Bal. & Imo. in l. fi. ff. de hæred. inſt. Iaſ. in l. certi condictio. §. quoniam, col. pen. ff. ſi cer. peta. in l. 1. §. nunc uideamus. ff. de oper. nou. nunc. in leg. ſiue apud acta, col. 2. & 3. C. de tranſ. in §. omnium, col. 8. inſtit. de act. ubi dicit quòd gloſ. in clem. 1. in uerb. eligatur, de elect. expreſsius tenet illam regulam, quàm gloſ. in d. l. quamuis, in auth. quas actiones, col. 7. C. de ſacroſ. eccl. in l. de quibus, colum. 4. ff. de legib. Alex. conſ. 48. col. 3. lib. 1. Fely. in c. cum omnes, col. 13. de conſt. & in c. ſi quando, col. 8. de reſcrip. idem Iaſ. in l. 1. colum. 3. C. de ſucceſ. edic. Quia nõ præſumitur pluralitas rationum, Iaſ. in l. eum qui. §. in popularibus, col. pen. ff. de iureiu.

EPITOME.

1 *Statutum extenditur ex larga ſignificatione uocabuli.*

MILLEL. DCVI.

1 STATVTVM † extenditur ad alium caſum propter identitatem rationis, attenta larga ſignificatione vocabuli, glo. in auth. minoris debitor. C. qui dar. tut. poſſ. glo. in clem. 1. in verb. eligatur, de elect. Iaſ. in l. 1. in fin. 1. col. ff. de uulg. ſubſt. qui allegat gloſ. in clem. ut hi qui, in princ. de æta. & qual. in l. emancipata, col. vlt. C. qui adm. & in l. fi. col. 7. C. de edic. diu. Adr. toll. Alex. conſil. 24. in fi. & cõſ. 67. col. 2. libr. 1. Vnde ſtatutum diſponens, quòd filia maritata per patrẽ exiſtentibus maſculis ſit excluſa, idem erit in nepte, quia de lata ſignificatione neptis continetur appellatione filiæ, not. in l. liberorum. ff. de uer. ſign. Et hanc concluſionem tenet Bal. in l. maximum uitium. C. de lib. pręt. ſequitur Butr. in c. fi. de conſuet. ubi dicit, quòd. l. 2. C. de patr. qui filii. diſtrax. quæ loquitur in uenditione, extenditur ad pignoris obligationem, & etiam glo. in clem. 1. de elect. quæ loquitur in electione, habet locum in prouiſione, quia non differunt in lata ſignificatione.

EPITOME.

1 *Quando lex trahitur ad futura vel non.*

MILLEL. DCVII.

1 NOTA † ꝙ lex trahitur ad futura. l. leges & cõſtitutiones. C. de legi. amplè Fely. in c. fi. de conſtit. & quando etiam non trahitur ad futura, uide Abb. in c. 2. de conſt. Et de materia uide Mod. in l. iubemus. C. de teſtam. & unam limitationem ad leg. leges, uide per Alex. conſ. 7. col. 2. lib. 2. & aliam per eundẽ, conſ. 101. in fi. lib. 2. Et ſi lex trahat ſe ad præterita non compræhendit ea quę ſunt deciſa ſententia, tranſactione, ſolutione, vel preſcriptione, Aret. cõſ. 104. col. ult. nec ad ea de quibus pendet lis, Paul. conſil. 89. & conſil. 243. lib. 1. Alexand. conſil. 85. libr. 1. Barb. conſil. 86. libr. 1.

EPITOME.

1 *Statutum extenditur vt euitetur abſurdum.*

MILLEL. DCVIII.

1 STATVTVM † etiam correctorium extenditur, ut euitetur abſurdum. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tut. Ita expreſſè tenet Imo. in l. ſi uero, fall. 1. ff. ſolu. matr. ubi ponderat ad hoc glo. 1. in clem. fin. de reſcrip. Iaſ. in l. fratres, col. 2. & in l. omnimodo, col. 1. C. de inof. teſtam. Fely. in c. translato, col. vlt. de conſtit. Alex. in leg. ſi conſtante, in prin. ff. ſolut. matrim.

EPITOME.

1 *Quando aliàs ſtatutum redderetur eluſorium ſit extenſio.*

MILLEL. DCIX.

1 QVANDO † ſtatutum aliàs nullum ſortiretur effectum, ſeu eſſet eluſorium, tunc fiet extenſio ex identitate rationis, etiam ſi ſit correctorium iuris, ut in l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. de uerb. obl. Bart. in l. non dubium. C. de legib. & in l. omnes populi. ff. de ius. & iu. Probatur hęc concluſio ex gl. in clem. 1. in uerbo ſepellitur, in fi. de ſepul. & eſt bona glo. in c. quamquam, in gl. fi. de uſur. lib. 6. & hanc concluſionem ponit Io. de Ana. in rub. de appe. col. 2. ibi, & pro prædictis facit, Iaſ. in authent. quas actiones, colum. 8. C. de ſacroſ. eccl. Fely. in cap. translato, not. 3. de conſtitution.

EPITOME.

1 *In correlatiuis habentibus eandem rationem extenditur ſtatutum.*

MILLEL. DCX.

1 STATVTVM in uno correlatiuorum extenditur ad reliquum ex identitate rationis.

nis. Hoc probatur in l.fi.C.de ind.uid.toll.& ſi ſtatutũ in marito extenditur ad uxorem, ut not Bal.in l.libellorum.ff. de his qui not.infa. Bal. in auth.quas actiones.colum.2.C. de ſacroſ.eccl. Ancar.in c.canonum ſtatuta, car. 10.uerſ.ulterius quæro, de conſt. Hinc uidemus quòd ſtatutum in uenditore extenditur ad emptorē.l.1.ff.de calnm.l.1. C. de cupreſ. lib.11.facit glo.in c.ſi poſtquam, de elect.in 6.Hinc uidemus quòd lex corrigens in actore extenditur ut etiam corrigat in reo, & è contra,gloſ.eſt in l.per interuallum. ff. de iud.gl. in auth.qui ſemel, in uerb. per interualla. C. quom.& quan.iud.Aret. conſ.130.Curt.Iun. conſ.6.Quam concluſionem Iaſ. in d.l.fi.C. de ind.uid.toll. comprobat multis deciſionibus. Intellige quando eſt eadem ratio in utroque correlatiuorum, quo caſu habet etiam locum in pœnalibus,licet pœnæ ſint reſtringendæ,Abb.in procem.decret.& in c.quia cletici, de iurepat. vbi dicit quòd iſta eſt communis opinio legiſtarum,idem Abb.in c.fi.col.3.de reſcrip.Gemi.in c.1.col.4.de temp. ordin.in 6.Contrarium tamen tenet in c.1. in fi.de loca.motus quia pœna tanquam odioſa nõ egreditur proprium caſum, & facit gloſ. in clem. 1.de conſan.& affin. vbi pœna impoſita contrahenti matrimonium cum moniali non extenditur ad ipſam monialem.

EPITOME.

1 *Cauſæ legum promulgandarum.*

2 *Contra inuentores nouarum legum.*

MILLEL. DCXI.

1 FIVNT leges propter honeſtatem tuendã c.porrò.35.q.3.& propter utilitatem habendam.c.tali.1.q.7.& cauſa diligentiæ habēdæ.c.peruenit.18.diſtin. & neglıgētiæ remouendæ.c.uolumus. 89. diſtin. & cauſa tollendæ neceſsitatis.c.quod propter.1.q. 7.& ceſſante ea lex ceſſare debet.l.un. in prin. C. de cad.tollen. Fiunt etiam leges propter maius malũ euitandum. c.1. & 2. diſt. 13. uel cauſa maioris bon a dipiſcedi. c.duę ſunt.19.q.2.& cã oppreſsionis uitãdæ. c.prædicator.16.q.1. & cauſa ſubiectionis ſeruandæ. c. eſto ſubiectus.95.diſt.Luc. de Pen.in l. ut agendi.C.de curſ.pub.Et ut appetitus noxius ſub regula limitetur,in proœ.decretal.§.ideoque. Et ut laboribus & expēſis partium occurratur.cap.finem,de dol.ac ut diſcordia euitetur, & fraudibus occurratur.c.nonnulli, de reſcrip. c. quia propter,de elec.Hoſt.in ſum.de conſtit.§.quę eſt cauſa conſtitutionem promulgandi. Pro-

2 ditum † memoriæ fuit, malos mores optimis ſeiendis legibus ſæpe cauſam dediſſe,quia ubi perperam uiuitur, multiplicibus edendis legibus magna datur occaſio.Vnde apud Aeginetas cautum eſt: ut qui nouæ condendæ legis cauſam daret, inuiſus omnibus & execrabilis fieret. Sic apud Indos, ſi quis aliquid pernicioſi inueniret, niſi protinus remedio ſuccurreret,morte plectebatur, teſte Alexand.libr. Genial.6.c.14.ubi dicit,leges & conſtitutiones breues eſſe debere,velut monita oraculorum diuinitus miſſa,ut paucis iubeant,nõ pluribus diſputent,ſuadeantque magis quàm cõminentur, aut pœnam imponant, quas Plato iuſsit eſſe quam pauciſsimas. Nam ſi ſuo iure fungantur Magiſtratus, nihil opus eſſe multiplici lege putauit, ubi uerò eorum improbitate aliò detorquentur ex legum multitudine perniciem afferri dicebat.

EPITOME.

1 *Leges an in foro conſcientiæ obligent.*

MILLEL. DCXII.

1 QVANDO † lex eſt iuſta,peccat, qui legi non obedit, per illud quod diuus Paul. ſcribit. Qui reſiſtit poteſtati Dei ordinationi reſiſtit.c.qui reſiſtit.11.q.3. Bal.in c.in omni,de teſt.maximè propter inobedientiæ etiam in ſtatutis præceptum, dicit glo.in uerb.ſententijs in c. fi.de conſtit.in 6. probat.D. Adrian. de Traiecto ſummus olim Pontifex.in ſua.q. 6. Barb. conſ.43.num.20. & ſeq.lib. 1.Sed ſi legiſlator excedat poteſtatē non ligat.l.fi.ff. de iuriſd. om.iud.c.fi.de conſtit.in 6.ut ſi ſtatuat ſuper ſpiritualibus uel eccleſiaſticis rebus ſecularis legiſlator. c.nouit, de iud.arg.l. diligenter. ff.mand. Secundò, ſi contra Dei mandata lex promulgetur, non ualet,nec contra legem naturalem uel moralem.c.non licet.10.diſt.c.lege,ubi glo.ibidē, vel contra bonos mores, non.n.eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum.c. non eſt obligatorium, de reg.iur.in 6. Ideo non ualebat lex regis Nabuchdonoſor, ut omnes adorarent auream ſtatuam, quam ipſe conſtruxerat,de qua Daniel.c.3.& ſcribit Anca.de pot.eccleſ.q.44.& doct.in c.nam cõcupiſcentiam,de conſtit.Iaſ.in l.ſi pœnę.ff.de cond.ind.Tertiò,ſi is qui contrauenit legi, habet iuſtam cauſam,forte valetudinis aduerſæ, uel aliam, ut dicit Abb.in d.c.nam concupiſcentiam,ubi Dec.col.3.Abb.in c.licet ex quadam, de teſti.& in cap. quoniam, not.vltim. de prob.

EPI-

EPITOME.

1 *Tuta conſcientia quando quis poſſit furari.*

MILLEL. DCXIII.

1 SI quis † detineat rem meam,& ſit potens, & ego auctoritate iudiciali non ualeam eam recuperare,poſſum iure poli aliam æquiualentem furari,vel auctoritate propria aliam apprehendere citra ſcandalum & perturbationem,glo.in c.ius gentium. 1. diſt. Marſ.ſing. 53.malitijs, tex. & glo.in l. ſicut. C.de paga. Alex.conſ.13.lib.1.Fely.in c.2.colum.fin.de ſponſ.quæ ſunt notanda.

EPITOME.

1 *Ordo procedendi curiarum ſecularium ſeruari etiam inter clericos debet.*

MILLEL. DCXIIII.

1 IN † his quæ reſpiciunt ordinem procedendi etiam clerici comprehenduntur litigantes coram iudice ſeculari,gloſ.eſt not.in cap. quod clericis, de for.comp.& eſt regula generalis. Quòd in his quæ reſpiciunt ordinationem litis,attenditur conſuetudo,uel ſtatutũ, ubi cauſa agitur,etiam ſi ſit ſtatutum laycorũ. l.3.§.fi.ff.de teſti.Bar.in l.1.col.6. uerſ. ſextò quæro. C.ſum. trin. Nã c iudicium naſcatur, ubi agitatur,legibus illius loci & curiæ ſubijcitur,teſte Cuma.conſ.139.P. Laycus, col.2. Et hoc caſu clerici non ligantur ordinationibus laycorum, ſed arctantur ad obſeruationẽ iudiciorum,quę ſubeunt, ut docet Cald.conſ. 11.an clerici,tit.de conſtit. Card.conſil.144. ſtatuit ciuitas, nu.9. Abb. conſ.33. prę́ſidio, col.2.libr.2. Quia cum lex canonica conſentiat in quibuſdam caſibus,quòd cauſa agitetur coram ſecularibus, ut ſecundum regulã actor ſequatur forum rei.c.cum ſit generale, de for. comp.uidetur etiam uelle, quòd ſecundum leges illius iudicij cauſa tractetur, ut docet Io. And.in add. Specul. in tit. de conſtit. in rubr. Ancar.in regula ea quæ, col.pen.de reg.iu.in 6.Cuma.d.conſ.138.

EPITOME.

1 *Lex plures habens intellectus ad deciſionem allegari non poteſt.*

MILLEL. DCXV.

1 LEx † plures habens intellectus ad deciſionem cauſarum allegari non poteſt,gl. ult.in c.1.de conſt. lib.6.clem.ſicut,in uerb.à dic,in fi.de appel.clem.ſæpe,uerb.ſiquid petere,de uer.ſig.Iaſ. in l.1.in fi.ff.de tranſ.in l.ad monendi,in lect. nu.67.ff. de iureiu.Tamẽ id tenebitur quod erit in obſeruatione,per.l.Arriani.C.de heret.iux. id quod pluries obſeruatum eſt,& ex conſuetudine cuiuſque loci lex dicit ſtatuendas ferias.l.præſides.ff.de fer.l.1. & per tot.C. illo fit .non declarat lex tempus, ſed obſeruatio hoc declarat,cui ſtabitur,ſecundum Specul.tit.de fer. §.1. verſ. indictę, cum ſeq.Per legem minimè mutanda ſunt, quę certam interpretationem ſemper habuerunt. le. minime.ff.de legi. l.quod ſi nolit.§.quia aſsidua.ff.de ędil.edic.c.cum dilectus, de conſue.

EPITOME.

1 *Leges punientes conatum non ſeuantur niſi in atrociſſimis.*

MILLEL. DCXVI.

1 DE conſuetudine † generali non obſeruatur.l.ſi quis non dicam rapere. C. de 2 epiſ.& cler.nec alię leges punientes conatũ, & ſic non ſequatur.l.is qui cũ telo.C. de ſica. diſponens,ut is,qui uoluerit interficere, puniatur lege Cornelia, ut docet Io. Fab.in d.l. is qui,& Bal.conſ.443.Cęcus confecit,col.2. lib.3.Paul. & Iaſ.in l.1.§.fi. ff. quod quiſque iu.Maſſuer.in rub. de pœnis,Io.Berber.in uiatorio iuris in 1.par.rubr.de homic. Petr. Iac. in ſua prat.rub. de act.l.Aquil.Iac. Bolenc.in repet.§.famoſos.l.capitalium,uerſic.extendo ut procedat. fol. 27. ff.de pœn.Dec.ubi Appoſt.in leg.non uult hæres eſſe. ff.de reg. iur. Boer.in tract.de ſeditioſ. fol. 36.Marſ.in l.1. num.118.in l.eiuſdem, cir.fi.prin.ff.de ſicar. conſil.7.num.50. & conſ. 105.Corne.conſ. 202.colum.1.& conſ. 249.col.1.lib.1. Quia primi motus nõ ſunt in poteſtate hominum, ſecundum philoſophum, quem refert gloſ.in d.l.ſi quis. Sed utinam illa iura obſeruarentur, quia multi ab homicidijs retraherentur, teſte Cepol. conſil. 29. viſo proceſſu. Sed in crimine læſę maieſtatis, & patrię prodendę obſeruarentur leges punientes conatum, ut teſtantur Paul.& Iaſ. in d.§.fi.& in atrociſsimis,ut aſſerit Prępoſ.& alij in cap.propoſuit, de appel.Fely.in c.1.de prę́ſump.& in ſuo tractat.quan.cona.pun. Soc. in tract.fallen.reg. 31.attentatio.Barba.conſ.23.num.18. lib.2. & conſ.48.col.fi.lib.4.uide Bal.in conſi.294. ad euidentiam. Punietur tamen is qui uoluit aliquem interficere,& conatum fecit, cum ad actum aliquem proceſſerit,Boer.deciſ.316. ſi

quis

quis uolens,quia non eſt ſolus conatus,aureus tex.in l.ſæpe,in fi.ff.de verb. ſig.Dixi in lib.4. conſt.Aegid.c.58.

EPITOME.

1 *Bona clerici condemnati cui applicentur.*

2 *Bona mobilia clericorum conditionem perſonæ clerici ſequuntur.*

MILLEL. DCXVII.

1 HODIE † ex conſuetudine bona mobilia clerici condemnati ad perpetuos carceres,uel ad degradationem pertinent ad Epiſcopum,immobilia uerò ad Principem ſecularem. Quę conſuetudo fundatur in c. fęlicis, in prin.de pœn.lib.6.& l.fi.iun.gl. C.ut nem. pri.titu.præd.ſu.imp.c.cum ſecundum,de hæret. iſtius conſuetudinis meminit Maſſuer. in rub.de pœn.§.item condemnatio facta ad carceres,& Oldr.conſil.27.thema tale,col.2.Io. And.in add.Specul.tit.de feud.§.pen. verſ.40 quæritnr,Anfr.in add. deciſ. Capel. Toloſ.q. 150. quidam accuſatus, Prouinciale fol. 44. Et ita ſeruatur de vſu & ſtilo curiarum,qui,licet lex deficeret,eſt ſeruandus, teſte Iacob. de Bellouis. in ſua prat.de fug.reorum,uerſic.& ſic patet ex prædictis,fol. 51. & Guil. Bened. ſequitur in rep.c.Raynutius,in uerb.& uxorē, num.240.cum ſeq. & in uerb. mortuo. 1.nu. 132.cnm ſeq.de teſta. Boer.in conſuet. Bituric.§.11.de iuriſd.om.iud.Caſſan.in conſuet. Burg.in tit.des confiſcations .§. 3. Quamuis gloſ.& doct.contrarinm dicant in cap.quia di

2 uerſitatem, de conceſ.præb. Ratio eſt † quia bona mobilia ſeqnūtur conditionem & priuilegium perſonæ.cap.fi.de uit.& hon.cler. Io. de Plat.in l. 2.in fi. C.de priu.eorū qui in ſac. pal.mili.li.12.Et ſicut perſona debet eſſe ſub Epiſcopo. c. ſi diligenti.c.ſignificaſti, de for. comp.ita & mobilia clericorum

EPITOME.

1 *Ludentes an teneantur ad reſtitutionem pecuniæ lucratæ.*

MILLEL. DCXVIII.

1 DELECTABILIS † illa (paucis tamen) auth.alearum uſus.C.de relig. & ſump.fun.diſponens pecuniam in ludo perditam poſſe repeti vſque ad quinquaginta annos, ex conſuetudine generali totius mundi non obſeruatur.Et illam conſuetudinem ualere aſſerit Io. And.in c.pen.de uit.& hon.cler. quamuis Alb. ibi contra . Et quòd conſuetudo excuſet luſorē,ut nō teneatur ad reſtitutionem pecuniæ lucratę,dummodo fraus non interuenerit, & luſerit ſolacij cauſa,& cum eo, qui eſt dominus pecunię,abundè ſcribit Roc. Curt.in rep.c.fi. colu.12. not.3.& limit.3.de conſuet.tum quia ceſſat fraus,tum quia dubiū eſt apud doct.vt Imo.in d.c. penult. ſcribit,ergo in tali dubio cōſuetudo excuſat.c. cū uenerabilis,ubi Abb.de conſuet.Quod ſeruire lex poteſt Epiſcopis, Abbatibus & religioſis quibuſdā iuuenibus,qui hodie(proho dolor)plus his deſeruiunt, & alijs deterioribus uoluptatibus, quàm diuinis rebus,aut ludis literarijs

EPITOME.

1 *Filij duorum fratrum an in capita an in ſtirpes ſuccedant.*

MILLEL. DCXIX.

1 FILII † duorum fratrum inuicem ſuccedunt hodie in capita, per tex.in l. 2.ff.de ſuis & legit.& in l. lege. C. de legit.hæred. quia quilibet venit ex ſuo capite, non ex capite patrum,& ſic non conſideratur ſtirps ſed cuiuslibet caput, Azo in auth.ceſſante.C.de legit.hęred.hanc opinionē probat Zaſ.in lib.1. reſpon. c.7. Et pro hac ſententia iudicauit Senatus Delphinalis,vt citat Guid.Pap. q. 134. ſed qualiter. Quod eſt uerum quando ſuccedunt cum ſuis conſobrinis, ſecus ſi cum patruis,quia tunc in ſtirpes,per.§.cum filius,inſtit.de hæred.quæ ab int.defer.Et ita concliantur opiniones contrariæ doct.per d.l. 2.ff.de ſuis & legit.hæred.& §.hujuſmodi,in auth. de hęred.ab inteſt.uenien.

EPITOME.

1 *Lex cum agitur de peccato canoni cedit.*

MILLEL. DCXX.

1 VBICVNQVE † agitur de peccato, ſeu uertitur periculum animæ, ſtamus iuri canonico,etiam in foro ciuili. c.fi. de præſcript.glo.not.in c.poſſeſſor,de reg.iu.lib.6. Bar. & alij in l.priuilegia.C.de ſacroſ.eccl.Abb.in c.non ſine,col.2.Imo.in c.ex parte, col.2.de arb.c.ad noſtram, col.1.de prob.c.cum eſſes, in prin.de teſta. c.peruenit,de adult.cap.1.de no.oper.nunc.Alex.conſ.59. colum.3. lib.1. Imò ubicunque ex rigore iuris ciuilis reſultat manifeſta iniquitas, uel euidens læſio partis non debet ſtari illi deciſioni, ſed debet per eccleſiaſticum iudicem etiam in foro ciuili emēdari,glo.& Arch.in c.à iudicibus.2.q.6.Ioan.

And.

And.& alij in c.2.& expoſita,de arb. Bal.in l. ſi ſeruus pluriũ.§.fi.ff.de leg. 1. ſic conſuluit Io.de Ana.conſ.80.uiſis,col.ult.Rebuf. in cõcord.Franc.rub.de conſtit.Ratio eſt, quia omnis anima eſt Papæ ſubiecta.c.nouit,de iud.c. ſi Imperator.96.diſtinct. & tanto. n. altiores ſunt canones legibus in hoc quanto cœli gubernacula diſtant à mortalibus & tantum diſtant ſacri canones à legibus mundi, quantum perpetuum diſtat à corruptibili, Bal.conſil.464. quædam ſcriptura, in fin. libr. 1. Leges in hoc non dedignantur ſacros canones imitari.c.clerici,de iud. c.fi.de ſecund.nupt.& tunc poteſt iudex ſecularis compelli, ut canones ſeruet. c. licet mulieres, de iureiur. lib.6.Item leges iuri diuino obuiantes, non ſunt leges ſed peſtes & feces, Abb.in c.ad noſtram,de prob.Et ideo aliqui caſus, qui de iure ciuili ſtatuti ſunt à iure diuino abrogati ſunt: & peccaret qui eos ſeruaret,quos ſcribit Florent.in prim.par.ſuæ ſum.tit.18.§.4.de lege ciuili, Alb.in dict. in uerb.leges,& humanę leges eatenus valent, quatenus non diſcrepãt à diuinis.c.1.& per tot.10.diſtin.Luc. in l. 2. col.3.C.quib.nu.lib.10.

EPITOME.

1 *Quæſtio dubia, ſi planè deciſa fuerit in uno iure decidetur per illud ius.*

MILLEL. DCXXI.

1 QVANDO † deciſio eſt dubia, & eſt planè deciſa de iure canonico, ſtari debet iuri canonico, & è contrario.cap. Raynutius,& cap.Raynaldus, ubi etiam doct. not.de teſta.tex.in c.1.de no.oper.nunc.Abb. in c.cum tempore,in fi.de arb. & in c. licet,in 14.caſu,de for.comp.Adria.in q.6.reſponſurus.Barba.in rep.l.cum acutiſsimi,colum.36. cum ſeq. C. de fideic. uide doct. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. & planè Bal.conſ. 174.municipale,lib.4.Et ſic aduocatus,uel cõſulens debet utrunque ius ſcire, alioqui quomodo conſulere poſſet. Quod facit contra quoſdam iuuenes ius Pontificium negligẽtes & tantum ciuile proſequentes, ſed ipſi non guſtabunt dulcedinem iuris, niſi vtrunque habeant, Rebuf. in tractat. nomina. q.5.nec lucra palatiorum, quæ frequentia ſunt ex iure pontificio.

EPITOME.

1 *Actor reum extra iudicium interpellet antequam eum in ius uocet.*

MILLEL. DCXXII.

1 ACTOR † antequam in iudicium uocet aduerſarium, illum extra iudicium interpellet.l.quidam Iberius, ibi (uolo ut cum Iberio loquaris).ff.de ſerui.urb.præd.§. ſic itaque,& ibi Iaſ.inſt.de act.not. in leg. creditores.C. de pigno.Alioqui ſi in primo termino reus confitetur non interpellatus extra iudicium,non debet condemnari ad expenſas, teſte Iaſ.in d.§.ſic itaque,& in l. properandum. §.ſinautem alterutra.C. de iud.& in l. certi cõdictio,in princ. ff.ſi cer.peta. Iacobi. in rubr. colum.2.C.de iud.Ideo antequam conueniatur pars,ab ea peti debet, alioqui non poterit actor expenſas recuperare antea factas, poſtquam reus agnoſcit bonam fidem,debitum cõfitendo, quia veriſimile eſt,quòd ſi extra iudicium impetitus fuiſſet,ſoluiſſet,ut docet Fely. in c.accedens 1.col.1. in 4. concl. ut lit. non conteſta.& in c.licet Heli,de ſimo.Et iſti confitenti ſolet fieri præceptum de ſoluendo, nõ intra decem dies (non diſponẽte ſtatuto loci) ut dicunt doct.in l.ſi debitori.ff.de iud. ſed debet ei arbitrari tempus competens ad ſoluendum,per l.debitoribus.ff.de re iud. leg.ſi domus.§.qui confitetur.ff.de leg.1.

EPITOME.

1 *Verba generalia reſtringenda.*

MILLEL. DCXXIII.

1 GENERALIS † diſpoſitio reſtringenda eſt primò ratione abſurditatis.l.2.C. de noxal. act. leg.ut gradatim.§.1.ff.de mun. & honor.quod procedit etiam in ſtatutis,ut reſtringantur ex abſurditate, prout concludit Bar.in leg.omnes populi, q.6.prin.ff.de iuſt. & iu.Abb.in c.ſolite, col.1.de maio. & obed. refert Euerad. in tract. de loc. legal. in loc.ab abſurdo. Abſurdum enim eſſet, ut is qui ſoluit, iterum ſoluere teneretur. l. bona fides. ff. de reg.iu.Secundò reſtringitur ex rationis diuerſitate, diuerſa enim ratio diuerſum ius cõſtituit,ſicut eadem ratio idem ius. l.illud.ff.ad l.Aquil.ſic conſuluit Alex.in conſ.75.uidetur in præſenti, col.1. lib.5.Tertiò limitat Iaſ.in l.fideiuſſor.§.prætor.ff.qui ſatiſd.cog.propter inhabilitatem, ut ſi pupillus & furioſus ſint obligati. Alijs etiam modis limitari poteſt, quos poteris elicere ex Lanfr. in tract. de interpret.ſtat.& quæ pulcrè ſcribit Steſa.de Feder.de interpr.legum,adduxi tãtum caſus praxi magis conuenientes, Vide Barba.in rubr.de reſcrip.col.9.nu.66.

EPI-

EPITOME.

1 *Inualidum inſtrumentum non exequetur.*
2 *Cauſa nullitatis exprimi debet.*

MILLEL. DCXXIIII.

1 INſtrumentum † nullum & inualidũ
exequi non debet.l.4.§.condemnatum. ff.
de re iud.l.2.§.1.ff.quemad.teſta.aper. l.non
putauit.§.non quęuis.ff.de bon.poſſ.con.tab.
Et ſic expreſſè conſuluit Rom.conſ.42.uiſis,
Marſ.conſ.38.quoniam,conſ.49.nu.46.& in
rubr.de fideiuſ.nu.104.ac in l.1.§. præterea,
num.19.ff.de ſica.quia nihil & inutile æqui-
parantur.l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog. glo. in l.
ſi plagij.C.ad l.Flau. de plagia.& ubi non ua-
let principale inſtrumentum, nec acceſſoriũ:
ideſt executio ualebit.l.cum principalis.ff. de
2 reg.iu.Quomodo † debeat opponi? Reſpon.
Cauſam cur ſit inualidum exprimendam, nec
ſufficeret ſimpliciter opponere, quòd inſtru-
mentum eſt inualidum, ſed dicam eſſe nullũ,
eo q in illo requiſitæ ſolennitates deficiunt,
de quibus in leg.generali.C.de tabul.libr.10.
Dec.poſt Barba.in rubr.de fid.inſtr.Vel debet
dici,quòd talis nullitas interuenit, & tunc nõ
exequetur.l.fi.ff.de conſt.pecu.Bal.in l.ſi ab-
ſentis.C.ſi cer.peta.& in cõſ. 293. factum ſic
proponitur,col.4.lib.3.l.ſcire.§.pen.ff. de ex
cuſ.tut.l.1,col.2.C.de iu.& fac. igno. Nicol.
Milius in uerb.exceptio nullitatis,Alex.conſ.
181.in cauſa,col.1.lib.6.Corn. conſ.241.ui-
detur.lib.3.Io.de Ana.conſ.83. Barba.conſ.
52.uiſum,col.3.lib.4.Marſ.conſ.16.

EPITOME.

1 *Liquidum inſtrumentum debet eſſe ante execu-
tionem.*
2 *Quid ſit liquidum, & quomodo fieri poſſit.*
3 *Cautela pro debitore contra quem fiet execu-
tio non facta liquidatione.*

MILLEL. DCXXV.

1 ANtequam † executio fiat, conten-
tum in inſtrumentum debet eſſe liqui-
dum.l.1.ff.de tranſ.Bal.in add. Specul. tit. de
app.uerſ.ſed nunquid ex præcepto,col.2.& l.
2.col.2.uerſ.pone dicit ſtatutum. C.de exec.
rei iud.l.fi.§.in computatione,col.fi.C. de iu.
delib.conſ.99.præmiſſis,lib.5.Iacobi.in l.itẽ
quia.ff.de pac. per tex.in l. ita ſtipulatus ſum
te ſiſti.ff.de uerb.obl.& l.tutores à patruo, de
conf.tuto.Bar.in l.1.nu.8.ff.de eden.liquere.
n.debet hoc prætori.l.hoc autem. §.1.ff.quib.
ex cauſ.poſſ.ea.Vincent. in l.ait pretor. §.ſi iu
dex,col.3.ff.de re iud.Bar.ĩ l.1.in fi.ff.iud. ſol
ul.l.ult.C.de ſent.quæ ſin.quant.profer. Rip.
in l.4.§.ait prætor, col.2.ff.de re iud. Quia de
his quæ non ſunt & non apparent, idem eſt iu
dicium.l.duo ſunt Titij.ff. de teſta.tut. ob id
cum non appareat planè de debito, non fiet
2 executio. Et † quamuis id dicatur liquidum,
quod ſine moroſa dilatione probari poteſt. l.
qui de inofficioſo.ff. de in of.teſta. l. is à quo.
ff.ut in poſſ.lega.Bal.in l.poſt rem,col.2.q.6.
ff.de tranſ.Tamen ut inſtrumentum executio
nem habeat, oportet, quòd omnino ſit liqui-
dum, & certum ex inſpectione inſtrumenti ſi
ne aliqua dilatione, Bar. in l.proinde.2.§.fi.
ff.ad l. Aquil. Ang. in §.curare, col.6.inſt.de
act.Bal.in l.ſi cauſam.C.de execu.rei iud.cõſ.
163.ſtatutum,& conſ.383.primò tria,libr.4.
conſ.242.ſuper primo,lib.5.Corn. conſ.156
uidetur, col.1.lib.1.Purpur.in l.admonendi,
nu.40.ff.de iureiu.Marſ.in l.unius.§. cognitu
rum,nu.26.ff.de quæſt.Doct.in l.certum,per
illum tex.ff.ſi cer.pet.Rom.conſ.211.allega-
tionis, in fin.Poterit etiam fieri liquidatio ex
coniunctione duarum ſcripturarũ, teſte Bal.
in c.auditis, col.2. de præſcrip. & iſta liquida
tio poterit fieri per omne genus probationis,
Bar.in l.3.C.de ſent. quæ ſin. cer. quan. prof.
in qua fieri debet citatio partis, quæ lædi po-
teſt.l.de unoquoque.ff. de re iud. Calca.conſ.
27.Aret.conſ. 21.col.pen.Marſ.conſ.89.nu.
3 12.Quod eſt notandum. Cautela † ergo eſt,
quòd ſi aliquid ſit liquidum: quòd debitor il-
lud tradat & ſoluat, offerens ſe reſiduum ſolu-
turum facta liquidatione, & tũc uitabit & exe
cutionem, & expenſas, per tex.in l.ſtatuliber
rationem.ff.de ſtatul.Barba. in clem. Gratiæ,
col.6.de reſcrip.Cepol. caut.27.not.q ubi, &
Soc.conſ.80.in queſtione,lib.3.Iaſ.in l.quod
te,not.5.ff.ſi cer.peta.Vincent.Hercul.in l.4.
§.ait pretor, not.ult.ff.de re iud.

EPITOME.

1 *Simulatum inſtrumentum an ſit exequendum.*
2 *Species ſimulationis eſt exprimenda.*

MILLEL. DCXXVI.

1 SImulatum † inſtrumentum executio-
nem non habet, ut docet Bar.in leg.1.§.&
parui.ff.quod ui aut clã, quia unum eſt ſcriptũ
aliud factum, Bal.in l.ſi non ſortem. §. indebi
tum.ff.de cond.ind.& c contractus ſimulatus
non eſt cõtractus, ſic nec inſtrumentũ ſimula-
tũ, Bal.in l.ſi non uerũ.C.de don.int.ui. & ux.
Fely.in c.ex parte, fall.12.de off.delega.cũ de
ficiat cõſenſus, nõ eſt ille cõtractus, q ſimulatẽ

ſed eſt ille qui uere agitur. C. plus ual. quod agi.per to.Et id largo modo dicitur falſum,teſte Bal.in d.l.ſi non uerum,Barba. conſ.7.ſapienter,col.9.& ſeq.lib.2.& conſ. 28. præclarè.eod.lib.Soc.conſ.27.uiſis,col.6.nu. 30.li.
2 4.Aduertendum † eſt tamen, ꝙ ſi quis opponat ſimulationem, debet ſpeciem ſimulationis exprimere, & planè illam declarare,alioquin non obtinebit.l.1.ff.de eden.l.idem Pōponius ſcribit ſi frumentum.ff.de rei uind.cū plures ſint ſimulationum ſpecies, ut per Cepol.in trac.de ſimul.cōtr.Vital.in trac. clauſ. in clauſ.de ſimulatione, Franc.Marc.in deciſ. Delph.q.46.par.1. Abb. in c. item cum quis, col.2.de reſt.ſpol.

EPITOME.

1 *An executionem petat qui non eſt in inſtrumēto nominatus.*

MILLEL. DCXXVII.

1 SI † is qui executionem inſtrumenti petit non eſt in inſtrumento nominatus, tunc ſi non fuerit hæres, aut ſucceſſor, aut cauſam à creditore habens repelletur,text.in l. ad probationem.1.C.de prob.l.Iulianus, & l.ſi ſim ſtipulatus,& ubique Iaſ.ff.de uer.obl.Hercul. in l.in ratione.§.ſi filio,col.8.ff.ad l.Falc.Bal. in l.un.C.quor.lega.Alex. conſ. 126. repetitus,in fi.lib.6. vbi dicit inſtrumentum habere executionem tam pro creditore quàm pro hærede, licet non ſit nominatus, ſed pro tertio extraneo non,ut Bal.aſſeruit in l. ſi pro te. C. de dot.promiſ.Iaſ. in l.ſi quis nec cauſam,nume.10.ff.ſi cer.peta.Dec.in c.cum teneamur in fi.de appella.

EPITOME.

1 *Inhabilitas opponi poteſt ratione ætatis, vel furoris.*

2 *Renuncians inhabilis probari poteſt.*

MILLEL. DCXXVIII.

1 SI † contrahens erat inhabilis inſtrumentū eſt nullum,utpote minor,Bar.in l.4.§.condemnatū.ff.de re iud.Ant.de Cannar.in tract. de execut.inſt.q.21.idem ſi erat furioſus, prodigus,cui bonis erat interdictum, uel amens, aut alio morbo irretitus, qui perſonam inhabilem ad contrahēdum reddat,in eos.n.executio tali inſtrumento non fiet, teſte Paul.in l. 1.ff.de conſt.pecu.Marſ.conſ.64.plura, num.
2 19.Et † quāuis aſſertioni Papę credatur clem. un.de prob.aſſerenti renunciationem factam fuiſſe in manibus ſuis, tamen poteſt probari & opponi illum, qui renunciauit, inhabilem fuiſſe,& nullum ius habuiſſe in beneficio,glo. Card.Abb.in d.clem.vn.Dec.in d.c. ex parte. 2.Soc.conſ.41.antequam,col.5.ver. tertiò reſpondetur,lib.1.Vide alias exceptiones, quæ poterunt opponi etiam cōtra inſtrumentum garentigiatum, per Bar. & Alex.in add.ad cū in l.1.§.& parui.ff.quod ui aut clā,Ang.Aret. in rub.de excep.Ant.de Canna.in tractat. de execu.inſtr.per 58.quæſtiones, Barba. in rub. de excep.in clem.Cano.in d.cap. ex parte.2. de off. de leg.

EPITOME.

1 *Conditionale inſtrumentum uel in diem an ſit exequendum.*

MILLEL. DCXXIX.

1 CONDITIONALE † inſtrumentum non habet executionem, quia pendente conditione nō eſt ſimpliciter debitor, ideo in eum executio fieri nō poteſt.Quid.n. intereſt debitor quis non ſit, an nondum conueniri poſsit? verba ſunt tex.in l.Fulcinius.§.ſi in diem.ff.quib.ex cauſ.in poſ. ea. ſic conſuluit Corn.cōſ.112.viſo themate,col.1.lib.1.Bal. in l.cum teſtamento.C.de teſta.manu.& in l. ſi quidem,colu.2. C.de except.in l.ſi cauſam, col.vlt.C.de execu.rei iud.Guid.Pap.q.15.Siue ſit conditio expreſſa ſiue tacita, quia vtraque actum ſuſpendit,gloſ. in l. item quia.§.1. ff.de pact.& l.2.§.fi.ff.ſi cer.pet.vbi Iaſ.& Purpu.Fely.ī c.ex parte.2.limit.10.de off. deleg. Rip.in l.in illa,col.3.ff.de ver.obl. Idem in inſtrumento in diem, vt ante diem exequi non poſsit, Alex.conſ.95.in cauſa,lib.1. aliàs plus debito creditor conſequeretur, ſi ante diem executio fieri poſſet,quia plus ſoluitur tempore.§.plus,inſt.de ac.l.vn.C.de plus petit.Dec. conſ.421.Purificata tamen conditione & euēto die fiet executio, ac ſi ab initio purum fuiſſet debitum, dummodo liquidatum fuerit cōditionem purificatam,Corn.conſ.310. uidetur,col.3.lib.1.Debet tamen pars oſtendere iudici purificatam eſſe conditionem: per tex. ſing.in l.hoc iure.ff de ver.obl.ſecundum Iaſ. ibi,quam legit cum l. in illa 1.ibidem.

EPITOME.

1 *Statutum pœnale an hæredem comprehendat.*

MIL-

MILLEL. DCXXX.

1 POENALE † ſtatutum habet locum in hę rede, etiam ſi appoſita eſſet dictio tantum quia de mēte promiſſoris fuit excludere factū extraneorū nō hæredum, per.l.ſtipulatio iſta, in prin.ff.de uer.obl.Franc.Cremēs.ſing. 157 vnus, ſocius, & Marſ.ſing.475.non eſt tibi nouum. Vnde ſi liceat mihi ex conuentione uendere pignus, & hæredi permittitur. l.ſi neceſſarias.§.de uendendo,.ff.de pign.act.quæ eſt ſingul.ſecundum Iaſ.in l.item ſiquis poſtulante, nu.51.inſt.de act.& in l.nam poſtea. §.1.ff.de iureiu.& in l.diuortio.§.ſi interdum, not.3.& in l.ſi mora, col.2.ff.ſolu.matr.& in l.2. §.itē ſi in facto, col.2.ff.de uer.obl.& Iacobi.in l.1. in fi.ff.ſi cert.pe.Corn.conſi.221.in hac conſultatione, col.2.lib.4.idem tenet Bal. in l. ſi ſeruus.ff.de cond.fur.& Alex.conſ.119.attentis, lib.6.Licet contrarium teneat Iacobi. ſibi contrarius in l.ſi pactum.ff.de prob.per.l.non ſolum.§.tale.ff.de liber.lega.& glo. in §. omnes, ſi de feud.dē fund.cōt.ſit int.dom.& agn. vaſa.l. in uſib.feud.

EPITOME.

1 *An hæres capi poſſit ex obligatioue defuncti.*

MILLEL. DCXXXI.

1 SI † ſtatutum dicit, debitorem capi poſſe, hæres eius capi poterit, teſte Bart. in leg. poſtulante. ff. ad Treb.quia debitor eſt, per l. debitor.ff.de uer.ſig.Caſſan.in conſuet.Burg. tit.des cenſes. §. 6.in glo. ult. Et hæres compelli poteſt ubi eius defunctus porerat.l.hæredem, & l.quod ipſis.ff.de reg.iu.Iacobi.in l.1. in fi.ff.ſi cer.petat.Gomeſ.in §. fuerat, nu.35. inſt.de act.Dec.conſ.536.in cauſa, colum.1. Debet tamen prius citari, & diſcuti an ſit hæres, & pronunciari hæres, alioquin non ualeret, ſi ante caperetur, ut Bald.docet in leg.per diuerſas.q.10.C.mand.& in tract.ſtatutor.in uerb.capere.q.9.Peruſ.in c.ex ratione, col.23 q.2.de appel.Tamen quando debitor obligauit perſonam & bona ſua, ratione huius obligationis non poterit capi hæres, licet debitor promiſiſſet, ut firmat Bar.in leg.ſi deceſſerit.ff.qui ſatisd.cog.& ibi Iaſ.col.3.

EPITOME.

1 *Ceſſionarius an executionem facere poſſit.*

MILLEL. DCXXXII.

1 IN † fauorem ceſsionarij executio fieri poteſt, dummodo fiat ex perſona cedentis, & hoc ceſsionarius dicere teneretur, licet fiat ad utilitatem ceſsionarij.l.ſeruo.§.fi.ff.ad Treb. Ang.& Imo.in l.ille à quo.§.vtrum. ff. eo.tit. Et maximè quando appoſita eſſet illa clauſula in inſtrumento ceſsionis, quòd cedens ponit ceſsionarium in locum ſuum, tunc per omnia ad inſtar cedentis reducit̃, teſte Bar.in l.in prouinciali.ff.de oper.no.nunc.vnde cum ceſſionarius dicatur creditor, illi executio fiet, ut aſſerit Bal.in l. 1. in fi.C.de act.& oblig.& in l.per diuerſas.q.10.ff. mand. Nam hoc eſt cō ceſſum, ut lites breuiores reddantur, & ſumptus litium vitentur. Igitur hęc ratio habet locum in ceſsionario, & ſic diſpoſitio, cum reſpicit cauſam & non perſonam, & ſic conſuluit Rom.conſ.38.in caſu, & conſ.142. quòd ceſsionarius. De ceſsione tamē prius diſcutere oportet citato debitore, Bal. in d.l.per diuerſas.q.10. & ita dicit obtinuiſſe in pratica Marſ.ſing.26. licet ex forma, ubi multa allegat, Boer.deciſ.10.ceſsionarius.

EPITOME.

1 *Tertius an executionem patiatur.*

MILLEL. DCXXXIII.

1 CONTRA † tertium executio fieri non poteſt uigore inſtrumenti cuiuſcunque, vt aſſerit Corn.conſ.221.in hac, col. 2.lib.4. vbi plus dicit, quòd licet ſit prohibita appellatio quoad principalem & eius hæredem, non tamen quoad tertium. Idem conſuluit Curt. Iun.conſ.349.præſupponitur, num.6.libr. 2. plura ſcribit Fely.in c.cauſamque, de teſti.& in c.meminimus, col.3.num.12.de accuſ.Et ideo quando capiuntur bona exiſtentia in domo obligati, tertius poterit ſe opponere, ut per doct.in c.ueniens, de teſti. vbi plenè tractant, & in c.cum ſuper, de re iud.Io.Fab.in l. principaliter.C.de lib.cauſ. Hinc eſt ꝙ cōtra ſingularem ſucceſſorem non poteſt fieri executio, tā inſtrumenti alicuius.l.2.vbi Bal.C.ſi aduer. cred.glo.in l.ea lege. ff.de condict. ob cau.Iaſ.in l.quędam.§.nihil.not.4.ff.de eden. q̃ ſententię, ut cōſuluit Iaſ.conſ.88.in p̄ſenti, in prin.li.3.Soc.in tract.fall.regul.135.executio.Quia actiones p̄ſonales nō ſequūtur bona aliqua.l.1.§.ſi hæres. ff. ad Treb. ubi doc. dicūt fatuos creditores, qui petunt executionē ſententiæ, uel inſtrumēti garētigiati cōtra poſsidētes bona debitoris obligati, niſi uenirent per actionē hypotecariā diſcuſſa p̄ſona

li tunc concludũt ꝙ poſſeſſores bona teneãtur dimittere, ut diſtrahantur, niſi debitũ ſoluere malunt.iux.l.diſtructio.cũ auth.ſeq.C.de pig. Dixi in tract.de excuſſ.nondum impreſſo.

EPITOME.

1 *Executio die feriata an ualeat.*

MILLEL. DCXXXIIII.

1 EXECVTIO † fieri non poteſt die feriato in honorem Dei aliàs non ualet.l.fi. C.de fer. Alex.& alij in l.1.§. nunciatio. ff.de ope.no.nunc.& in conſ. 53. quæritur, col.1. lib.5.Sed in diebus feriatis introductis ob neceſsitates hominum bene poterit executio fieri,per tex.in c.fi.de iud.ubi doct.& c. quod ad conſultationem, de re iud. Guid. Pap.q.215. Bar.in l.ait prætor.§.ſi debitorẽ.ff. de his quæ in fraud.cred.Alex.conſ.130.lib.4.

EPITOME.

1 *Pro deteriorationes domus inuecta à conductore ſunt tacitè obligata.*

MILLEL. DCXXXV.

1 INVECTA † & illata ſunt pro deterioratione domus conductæ obligata,text.ſing. in l.2.ff.in quib.cau.pig. tac. contrah. Bar.in leg.ſolutum,in fi.ff.de pig.act.Imò fideiuſſor datus pro penſione domus teneretur pro deterioratione,per illum tex.& l.amiſs.§. fideiuſſores.ff.de fideiuſ.quem reputauit ſing. Lud.Bolog.in ſecund.interpr. facit tex.in l. ſi ab uno ff.ut legat.nom.caueat. Cepol. caut. 127.ille qui fideiuſſit,Rom.ſing.152. quæro Marſ. in rub.de fideiuſ.q.8.ubi latè.

EPITOME.

1 *Creditor an in pecunia minuta ſolutionem recipere debeat.*
2 *Pecunia minuta quando recuſari poſſit.*

MILLEL. DCXXXVI.

1 QVID † ſi debitor offerat debitum in pecunia minuta,puta denarijs,quadrãtibus, ſolidis, uel ſimilibus an creditor teneatur recipere? Concludendum quòd creditor tenetur recipere.leg.Paulus,reſp. 1.à contrario.ff.de ſolut. vbi creditor non eſt cogendus recipere numos in alia forma, ſi ex ea re aliquod damnum paſſurus ſit, ſi ergo non eſt paſſurus damnum cogitur recipere.l.vn.C. de colla.ęriſ.lib.10.Et nõ uidetur inferri parti damnum, cum una pecunia tantum ualeat ſicut alia, ut expreſsè decidit Iacob.Rebuf.in l.fi.C.de uet.numiſ.pot.lib.11. dicens quòd ſi debitor velit ſoluere in pecunia minuta,& creditor velit ſibi ſolui in aurea,vel argẽtea, tunc ſi in inſtrumento non ſit expreſſum, in qua pecunia ſolutio fieri debeat, dabitur electio debitori,cum tantum pecunia minuta
2 valeat, ſicut magna. Et † poſtquam minuta pecunia ſicut aurea approbatur à Principe, nõ poteſt recuſari, aliàs recuſans puniri extra ordinem poteſt.l.1.C.de ueter.num.poteſt. lib. 11.& in pulcro caſu ſcribunt Mod.in tractat. uſur.q.99.in fi. Si uerò in contractu moneta certa fuerit promiſſa,utpote promiſi decẽ ducatos uel aureos, tunc nõ poſſet debitor aliud inuito creditore ſoluere.l.2.§.1.ff. ſi cert. peta.not,Bar.& doct.in l.cum quid,eo.tit.Secus ſiquis promiſerit decem libras,cum recipiãt, æſtimationem, quia libra non eſt certa pecunia,& aureus,ſed uiginti ſolidis æſtimatur,ob id in minuta pecunia etiam in denarijs fiet ſolutio. Facit quod ſcribit Guid. Pap. q.493. ſi fiat moneta, plenè Albert.Brun.in tractat.de augum.

EPITOME.

1 *Soluens auctoritate ſententiæ indebitum quando repetat.*

MILLEL. DCXXXVII.

1 ADVERTENDVM eſt † eſt quòd aut qs auctoritate iudicis debitum coactè ſoluit,videlicet per ſententiam, etiam non ſeruato iuris ordine latam, tunc ſoluens non poterit illud repetere, per tex.ſing.in l. ult.in fi. ff. de eo quod met. cau. quem not. Rom.ſingul. 511.& Iaſ.in l.iubere, nu. 6. ff. de iuriſd.om. iud.Curt.Iun. in l.ſi pacto, col.2.C.de pac.Si verò cogatur indebitum ſoluere, repetetur ratione obligationis factę ab eo,qui recepit indebitum. Aliàs ſiquis ſimpliciter indebitum auctoritate ſententiæ ſolueret, illud repetere poſtea nõ poſſet,per l.1.C.de cond.ind.quod eſt bene notandum, ut obligetur ſemper creditor ad reſtituendum, ſi per iudicem dictum fuerit,& caueat vt liberè non ſoluat,nec ei opponatur poſtea ſententia.

EPITOME.

1 *Inſtrumentum iuratum an habeat executionẽ paratam.*

MIL-

MILLEL. DCXXXVIII.

1 QVANDO † iuramentum eſt interpoſitum, ut pote quis iurauit ſeruare contenta in contractu, uel in inſtrumento, tunc illud habebit executionem, teſte Bar. in l.2. in fi. ff. de iureiu. & miratur ibi idē Bar. quare conſuetudo hunc modum non inuenerit, idem tradit Bar. in l.1.C.eo.tit. & ſequitur Paul. in l. poſt rem. ff. de re iud. Alex. & Iaſ. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. eo. tit. Alex. in l. ſi cū dotem. §. eo tempore. ff. ſolut. matr. Guil. Bened. in rep. c. Raynutius, in uerb. teſtamentū. 3. nu. 32. cum ſeq. de teſtam. Ant. de Petruc. in tract. de uir. iura. in 22. effectu. Ratio eſt, quia iuramentum habet uim ſententiæ, quæ habet executionem. l.4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iud. ergo & iuramentum, ut probat Iaſ. in §. item ſiquis poſtulante, colum. antep. & ſeq. in ſtit. de act. ubi reſpondet fundamentis partis contrariæ. & idem Iaſ. conſ. 9. circa primum, & conſ. 85. punctus, lib. 1. Reſtringe quando iuramentum eſſet remiſſum, Iaſ. in leg. nam poſtea. §. fi. ff. de iureiu. Secundò, quando eſſet appoſitum ſuper cōtractu nullo, vel à iure improbato, c. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. Ant. de Canna. in tractat. de execu. inſtr. q. 20. Tertiò, quando iuramentum eſſet ex interuallo poſt contractum appoſitum, Bal. in l.1.C. de reb. cred. Cremens. ſing. 152. uolo dare. Iſtud tamen reprobatur per Iaſ. in d.l.2. Quartò, quando iuramentum apponeretur ſuper eo, quod eſt de præterito, ſecus ſi ſuper futuro, quia tunc non haberet executionē, Bal. in d.l.2. glo. & doct. in l. iuriſiurādi. C. de reb. cred. Ant. Petruc. d. effectu. 22. Quintò, quo ad tertium, Iaſ. in d.l.2. in fi. vbi dicit, non habere executionem contra tertium, qui non iurauit, nec iuramentum detulit, nec delationi conſenſit. Sextò, non procedit in iuramento neceſſario, quod tendit ad probationis ſupplementum. l. admonendi. ff. de iureiu. cap. ſi. illo tit. Hodierna praxis non recipit iſtam executionem ratione iuramenti ſolum.

EPITOME.

1 *Inſtrumentum depoſiti executionem habet.*
2 *Depoſitum an ordinem requirat iudicij, & infamet.*
3 *Non procedit in depoſito confeſſato.*

MILLEL. DCXXXIX.

1 DE iure † inſtrumentum depoſiti habet executionem. l. pen. vbi Bar. & alij. C. de poſ. ponderando dictiones illico, & modis omnibus reſtituere cōpellatur, & ibi, quàm celerrimè, & quàm citius recuperare. Sequitur Ma theſ. not. 5. nota ꝙ contractus, Alex. & Iacobin. in l. fi. col. 2. C. de edic. di. Adr. toll. Iaſ. in l.1. co.1. C. de eden. & i l.2. ff. de iureiu. Rom. cōſ. 174. ampliſsimè, col. 2. Mar. Soc. ī c.1. in 6. prin. art. fall. 11. de mut. petit. Soc. cōſ. 167. non inutilis, in fi. lib. 2. & Io. Camp. in tract. de dot. in vlt. par. q. 111. Ideo exceptiones requirentes altiorem indaginem nō poſſunt in depoſito opponi ad impediendum depoſitū, ſed poſtea reſeruantur, ut docet pulcrè Bald. conſ. 236. uiſo inſtrumento, libr. 5. Iacob. in d.l. fi. col. 1. etiam ſi inſtrumentum non ſit authenticum, vel depoſitum probetur per teſtes,
2 Iaſ. conſ. 85. punctus, lib. 1. Quamuis † Bald. & Saly. in d.l. pen. dicant ordinem iudicij in hoc etiam depoſito ſeruandum, ex hoc eſſe tutius teſtatur Ant. de Cannar. in tract. de execut. inſtr. q. 7. per. l. qui depoſitum. C. depoſ. ubi condemnatus depoſiti efficitur infamis, & non quando proceditur per executionem. Sed non facit, quia dum agitur uia ordinaria, & depoſitarius inficiatur depoſitum, tunc infamat, alioqui non. Hercul. in l.4. §. ſi iudex.
3 ff. de re iud. Intellige † uerum depoſitum executionem habere, ſecus in confeſſato: utpote ſi maritus confeſſus ſit ſe habuiſſe, quod non habuit, ut dicit Alex. in d. §. eo tempore, col. 2. l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matr. & idem in quocunque alio ſic confeſſo. Nam oportet imprimis de depoſito conſtare, arg. §. planè, de teſt. mil. in inſt. & l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ. ita tenet Boer. deciſ. 295. computus, nu. 8.

EPITOME.

1 *Ratione conuentionis inſtrumentum eſt executorium.*

MILLEL. DCXL.

1 INSTRVMENTVM † habet executionem ex partium conuentione, tum quia ius exequendi iudicis auctoritate, & partiū conuētiones ęquiparātur. l. pen. C. de pig. act. & l. cures creditorē. C. de fur. & ibi gloſ. tum ēt quia lex & pactio contrahentium æquipollēt. l. fin. C. de reb. alien. pro hoc eſt tex. non omnibus notus, & tñ notandus in l. cum quaſi. §. ſi plures. ff. de fideic. libert. vbi Plum. & Alb. illum text. ad hoc ponderant, & Barba. in rub. de re iud. in clem. col. 16. facit. l. ſi conuenerit. ff. de re iud. glo. in l.2. C. com. utr. iud. Quamuis Bal. in conſ. 261. licet, lib. 3. contrarium tenuerit hac ratione, quia non poſſunt partes renūciare ordini iudiciorum. Quod eſt verū quando eſſet introductus in fauorē publicū, ſecus ſi introductus in fauorē partiū, ut. c. ſi diligenti, de for. comp. ēt quando partes uellēt, ꝙ ſentētia eſſet ſine ordine iudiciario, hoc nō poſſent facere,

cere, ſed quòd inſtrumentum exeqnatur, hoc poſſunt partes conuenire. Quid.n.aliud agit prætor, quàm vt controuerſiam eorum dirimat, quibus ſi ſponte ceſſerint, debebit id ratum habere.leg.1.§.inde quæritur. ff.de oper. nou.nunc.

EPITOME.

1 *Contractus coram iudice factus de iure executionem habet.*

MILLE DCXLI.

1 QVANDO † promiſsio, uel contractus eſt factus coram iudice & in iudicio de iure habet executionem, Imo. per illum tex.in c.ad reprimendum, in ult. not. de off.ord. Nam obligatio facta apud acta, quando eſt liquida, habet executionem, glo.in l.generaliter.C.de epiſ.& cler.l.cum pro quo, ubi Alex.& alij.ff.de in ius uocan. Afflic. deciſ. 387.ſi vno. Sicut dicimus in confeſsione facta in iudicio non oblato libello quòd habet executionem.l.vn.C.de conf.l.poſt rem.ff.de re iud.Ant.de Canna.de execu.inſtr.q.4.

EPITOME.

1 *Iurare an teneatur habens inſtrumentum obligatorium.*

MILLEL. DCXLII.

1 SED † an teneatur iurare is, qui habet inſtrumentum obligatorium, quòd ſumma in eo contenta ſit debita? Videtur qnòd non: quia inſtrumentum eſt probatio probata. l. cum precibus. C. de prob. vbi plenè Bal. nec quidem ualeret conſuetudo, ut iuramentum deferendum ſit poſt probationem plenam, tex. ſing. in c. 2. de prob. Reſpon. non teneri creditorem habentem inſtrumentum hoc iurare ad probationem, & ita intelligi debet ille tex. quia inſtrumentum ſatis per ſe probat, uerum ſi pars dicat uelle ſtare iuramento creditoris, an ei aliquid fuerit ſolutum, & an totum debitum adhuc reſtet, tunc ex æquitate creditorem teneri iurare: ut purget conſcientiam ſuam. Hoc eſt ſing. dictnm Rebuf. in tractat. de liter. obligat. art. 1. gloſ. 11. aſſerentis ita Senatum Pariſienſem iudicaſſe anno. 1539. 12. Maij ipſo preſente. Quod tendit ad elucidationem eorum, quæ ſcribunt iuris interpretes in d. c. 2.& in l. admonendi. ff.de iureiu.

EPITOME.

1 *Sequeſtri medicina eſt ſatisdatio.*

MILLEL. DCXLIII.

1 VT † tollatur, ſequeſtrum, cautio de iudicio ſtãdo præſtanda eſt, qua tollitur ſequeſtrum, teſte Anc.conſ.85.ex theoricis. Tamen Corn.conſ.136. uiſis, col.2.libr.4. dicit debere ſatisdari de iudicio ſiſti & iudicato ſoluendo, & iſta ſolet dari à ſuſpecto de fuga præhenſo, ut not. in l. ſi creditores. ff. de priuil. cred.l.ſi pecunia.ff. ut in poſſ. lega. Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus. ff. de dam. inf. Soc. conſil. 93.quoniam, col.2.lib.3.

EPITOME.

1 *Rem meam arreſtare poſſum contra deferentem.*

MILLEL. DCXLIIII.

1 HOC † iure utimur cõtra forenſem rem meam habentem, & hàc tranſeuntem, ut etiam rem meam ſiſtere, & arreſtare poſſim. Et hæc fuit prima opinio poſita in l.fi.C. ubi in rem actio. ubi poſſum conuenire deferentem rem meam, ubi repertus fuerit, tum quia ratione rei ſitæ poteſt quis cõueniri ubi eſt res.d.l.fi. quæ loquitur generaliter. Ergo de quacunque re mobili, & ſe mouente debebit intelligi, tum quia hæc actio rei uindicationis procedit ex poſſeſsione.l. non aliàs. §. 1.ff.de iud. Ergo habebit locnm contra hunc forenſem poſsidentem, & hanc opinionem ſequitur gloſ.in l. ſed & ſi ſuſceperit. §.ult.ff. de iud.& glo.in c. fi.de for.comp. Et iſta opinio communiter in iudicijs ſeruatnr, teſte Alber.in d.l.fi. & eſt magis communis ſecundũ Io.de Pla.in l.cum neque.C.de incol. lib.10. & ſeruatur in pratica ſecundum Alb. & Iacobi.in l.ſi legationis.ff.de iud. Ang. & Iaſ.in l. ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſd.cog. Ioan.Lup.in rep.c.per ueſtras.§. 18.de don.int.ui. & uxo.& ſecundum iſtam opinionem fuit iudicatum Burdegalæ, ut refert Boer. deciſ.218. ſiquis tranſiens.

EPITOME.

1 *Excuſatur debitor à pœna poſt ſequeſtrum.*

MILLEL. DCXLV.

1 OBLIGATVS † ſoluere ad diẽ ſub certa pœna & cum iuramento, ſi tamen pecunia ſequeſtretur apud eum per iudicem excuſatur & à periurio & à pœna, tum quia iuſſus iudicis excuſat à periurio. c.uenientes, de iureiu.l.non uidetur.§.qui iuſſu. ff. de reg. iu.

Luc.

Luc.de Pen, in l.vn.col.4.C.vt nul.ex uica.li-
br.11.tum quia etiam iuſſus excuſat à mora.l.
fi. C.vbi in rem act. & ita tenet Prat. Pap. in
ſua prat.in ſor.ſequeſt.glo.Audiat,dicens ex-
cuſari etiam ſi alij ſoluerit iudicis præcepto
per.l. Paulo Chalimaco.§.ſi.ff.de leg.3.&.l.li
berto.§.Lucius.ff.de ann.lega.Bar.in l.credi-
tor,in prin. ff. de ſol.Luc.de Pē.vbi ſupra col.
3.Iaſ.in l.ſiquis maior,nume.20.C. de tranſ.
Chaſſ.in conſuet.Burg.tit.des droictx.§.7.gl.
ſuppoſe. nu. 43.vbi dicit id excuſare à mora,
quod à periurio,per.c.breui,de iureiu.Fallit ſi
creditor offerat debitori, cui facta eſt inhibi-
tio,cautionem indemnitatis:tunc debitor nō
obſtante inhibitione tenebitur ſoluere.l. pen.
in ſi.C. depoſ.l. is à quo.ff.de rei vind. Iaſ. &
alij in l.non ſolum.§.morte,col.14.num. 28.
ff.de dam.inf.Alex.plenè in l.hæres,col.2. ff.
ad Trebel. Quod eſt verum in depoſito, ſecus
in alijs: quia tunc in hibitio à iudice facta te-
net:ob id non tenetur ſoluere is,qui debet an
te ſublatam inhibitionem. Secus ſi facta fuiſ-
ſe denunciatio à parte, tunc cautione data co
geretur ſoluere:vt videtur loqui.l. ſi fundum.
C.de rei uind.&.d.l.hæres,in fi.ibi. Et debito
ribus denuntiare.

E P I T O M E.

1 *Capi perſona quando poſſit.*
2 *Proſequens appellationem rapturam frangere non videtur.*
3 *Præparatus ad fugam rapi poteſt.*
4 *Suſpectus de fuga capitur.*
5 *Hæres capit ut etiam.*
6 *Hæres intra tempus conficiendi inuentarium capit debitorem ſuſpectum.*
7 *Clericus de fuga ſuſpectus an capi poſſit.*

MILLEL. DCXLVI.

1 NOTANDVM † eſt, quòd quando perſo
na eſt in fuga,tunc licitum eſt eam ca-
pere perſonam fugitiui debitoris mei. Iſta eſt
regula communis tradita in l.generali, per il-
lum tex.C.de decur.lib.10.glo.in l.extat. ff.
quod met.cauſ.glo.in §.1.inſt.de act.& etiam
pro delicto.l.1.ff. de cuſt.reor.& pro teſtimo
nio ferendo. l. ſi quando.C.de teſt.& alijs in
multis caſibus, quos lector facilè inueniet.
2 Et † ſi perſona capta appellet ad ſupremum
Magiſtratum, proſequendo appellationem,
non dicitur frangere capturam: vt pulcrè do-
cet Guid.Pap.in ſtatuto,ſiquis ſuper lit.uerb.
appellatione,col.27.verſ.an quis. Quia inte-
rim cenſetur eſſe in iudicis ſuperioris pro-
tectione. c. dilecti. 1. de app. Inno. &
alij in. c. vt debitus, illo titu. Bar. in. l.
de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de oper. no.
nunc. Secus ſi aliò accederet, & non pro-
3 ſequeretur appellationem. Primò † amplia
non ſolum in fugitiuo, vt capi poſſit, ſed
etiam in præparato ad fugam, glo. & ibi Bal.
in l. pen. C. de pig. act. Alex. in l.diuortio,
in prin.col.3.ff.ſolu.matr.Marſ.ſing.43.debi
tor. Quia tantum operatur fuga, quando eſt
in procinctu, quantum operatur, quando eſt
in actu: vt aſſerit Abb. in c. cum non ab ho-
mine,col.4.de iud.Fely.& alij in c.1. illo tit.
Iaſ.in §.1.inſt.de act.Rip.in d.c.1.de iud.Se-
4 cundò † amplia etiam in ſuſpecto de fuga,gl.
in l.quæſitum.ff.de pig.Bal.in l.ſi quis in tan-
tam,col.pen.C.vn.vi,facit tex.in l. Pedius,in
prin.ff.de incen.rui.& nauf.vbi ſatis cenſetur
raptum in naufragio illud,quod in trepidatio
ne naufragij raptum eſt.Alex.in conſ.64.& ſi
celeberrime,in fi.lib.3.Facit.c. ad abolendā,
de hæret. vbi idem ſtatuitur de ſuſpicione hæ
reſis,quod de hæreſi.Et idem de ſuſpicione fu
turæ litis,ſicut de præſenti in l.2.C. de tranſ.
Et quando ſit ſuſpectus, & an cauſa ſit ſuffi-
ficiens, relinquitur arbitrio iudicis.l.ſi fideiuſ
ſor.§.fi.ff.qui ſatisd.cog.(ibi, ſi hoc iudici ſe-
derit)Soc.conſ.99.circa primam,li.4. Quam
5 uis doct.in hoc valde ſe torqueāt. Tertiò † am
plia nō ſolum in debitore principali, ſed etiā
in eius hęrede,Bar.in l.poſtulante.ff.ad Treb.
Crot.in rep.l.nemo,col.4.& ſeq.ff. de leg. 1.
6 Boer.deciſ.10.in fi.Quartò † extende, vt etiā
hęres intra tempora conficiendi inuentarium
poſſit capere debitorem fugitiuum: vt docet
Ang.in l.1.§.hęc ſtipulatio.ff.ſi cui plusquàm
per.l. Fal.Et ſic limitatur.l.fi.§.donec. C. de
iu. delib.Rip.ī d.c.1.nu.88.de iud.& Iaſ. in l.
7 vinum, col.3. ff.ſi cer. peta. Quintò † amplia
etiam in clerico fugitiuo, vel ſuſpecto de fu-
ga, vt etiam propria auctoritate à layco capi
poſſit,Bar.in l.ſiquis in ſeruitute. ff. de fur.
Abb. & alij in c. cum non ab homine, de iud.
Aliàs eſſet generale ſcandalum in mentibus
laycorum: & eſſet quædam tirannidis potius
quàm iuſtitiæ executio,ſecundum eum,quem
ſequitur Marſ. d. ſing. 43. Quod intellige in
clerico fugiente vt poſſit auctoritate propria
capi & adduci ad iudicem eccleſiaſticum, nō
laycum.Secus in ſuſpecto de fuga,qui non po
terit capi,niſi ex iudicis eccleſiaſtici commiſ-
ſione, teſte Rip.in lib.1.reſponſ.13. laycorū.
Hanc materiam proſequere vt latius per Iaſ.
in d.§.1.inſt.de act.& Rip.in d.c.1.de iud.

E P E T O M E.

1 *Citatio continere cauſam debet.*

MIL-

MILLEL. DCXLVII.

1 Ivre † conuenit, citationem cauſam continere debere. l. 2. §. legatis, & ibi ponderat Iacobi. ff. de ind. vt paratus reus veniat reſpon ſurus. c. fi. 5. q. 2. glo. in c. ſiquis epiſcopus. 3. q. 2. c. præterea, de dila. c. licet, de accuſ. glo. & Peruſin. in c. contumacia, de hæret. in 6. Specul. in tit. de cita. §. 1. verſ. item quòd in ea, & ibi Io. And. multos citat tex. & Bal. i ſua prat. eod. tit. q. 3. Aufr. in ſtylo Parlam. in 1. par. rub. de adiornand. hæred. mort. §. 1. Soc. pulcrè cõ ſil. 10. in ſignis doctor, & conſ. ſeq. lib. 4. Boer. plenè in repet. l. conſentaneum, fol. 15. C. quom. & quãd. iud. Nam in citatione talia exprimi debent, per quę pars inſtrui poſſit, ſuper quibus conueniatur, clem. fi. vt lit. pend. & ſi deficiat cauſa, cenſetur nuda & indiſcreta citatio, ideo valere non videtur, quia certa eſſe debet. l. 2. §. circa. ff. de dol. excep. Bal. in d. q. 3. Tamen in pratica non ſunt ipſo iure nullę citationes ſine cauſa, ſed eſt vtile cauſam inſerere.

EPITOME.

1 *Duobus contendentibus cui interim fiet ſolutio.*

2 *Dominis litigantibus cui homagium fieri debeat.*

MILLEL. DCXLVIII.

1 Qværo † pendente lite inter duos de hæreditate, cui ſoluetur? Reſpon. debitor in iudicio debet offerre, & cõſignare, & ſoluere velle ei, qui hæres apparebit. Nã quando contentio eſt inter duos ſuper fundo, colonus poteſt dicere, ſe utriq; non daturum fructus: offerre tamen ſe daturum illi debet, qui obtinebit, glo. & doct. in l. litibus, in fi. C. de agric. & cenſi. lib. 11. & Bal. in l. Lucius. ff. fam. erciſc. Facit quod Card. Alex. not. in c. 1. col. 9. quo temp. mil. inueſt. pet. deb. ſcribit

2 † quòd ſi duo domini contendunt de Baronia, vaſallus poſt annum poteſt differre inueſtituram, dummodo intra annum offerat, ſe velle inueſtituram recipere ab eo, qui eſt verus dominus, & proteſtatur quòd per eum non ſtat. Facit quod pulcrè etiam decidit Boer. deciſ. 106. inter duos, vbi idem dicit in emphyteuta & aliis debentibus reditus: quod eſt notandum.

EPITOME.

1 *Hæres quomodo probetur.*

MILLEL. DCXLIX.

1 Qvomodo † probatur quis hæres? Reſponde per teſtamentum, in quo eſt inſtitutus, uel per teſtes in teſtamento deſcriptos: in quo fuit nominatus hæres à teſtatore, iux. l. iubemus. C. de teſta. Item, ſi geſſerit ſe pro hærede. l. pro hærede. ff. de acq. hæred. Vel ſi probetur, quòd adierit hæreditatẽ: quia tunc cum debitoribus quaſi contrahere videtur. l. apud. §. fi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. ea. &. §. hæres, inſt. de oblig. quæ ex quaſ. cõ. naſc. Item ſi dicat illum hæredem ab inteſtato: id eſt ſucceſſorem, debet probare illum conſanguineum proximum, & bona illi delata poſſidere, vt patet per tot. tit. ff. de ſuis & legit. hæred. Et aliis legitimis modis, qnos ſcribit Rebuf. in concord. Franc. in glo. ult. rub. de nomina. Regia.

EPITOME.

1 *Euidens calumnia quæ dicatur & præſumpta.*

MILLEL. DCL.

1 In † euidenti calumnia dicitur eſſe, qui facit contra formam iuris, vel ſtatuti, ſeu cõſuetudinis, aut contra euidentiã facti, Bar. con ſil. 64. ſuper puncto, quem refert Purp. in q. 4. rub. de Aſſeſſor. num. 123. Præſumpta eſt, quę ex aliquibus colligitur coniecturis, quę tollitur per oblationem probationum in prõptu, teſte Abb. in c. ſuper eo, in fi. de off. delega.

EPITOME.

1 *Capi quando debitor poſſit & detineri pro debito.*

MILLEL. DCLI.

1 Qvando † debitor eſt obligatus in perſonam capi pro debito poteſt, aliàs non, per glo. ſing. in l. 3. §. tutores, in verb. vinculis. ff. de ſuſp. tut. quam ſing. dicit Bal. in Marg. in verb. carceratus. q. 10. & in verb. finis. q. 43. & in tract. de carcer. fol. 2. Alexan. & Iaſ. in l. à diuo Pio. §. in venditione, colum. 2. ff. de re iud. Iaſ. in §. 1. num. 50. inſt. de act. Maria. Soc. in tract. de cita. art. 20. q. 24. Pro hoc eſt etiam tex. in. l. nemo. C. de exact. tri. lib. 10. Alex. not. in conſ. 159. circa, in fi. lib. 2. Io. Fab. in. §. pen. in fi. inſt. de iu. perſo. facit tex. in. c. ex reſcripto, & ibi Io. And. de iureiu. & quod not. Bar. in l. alia. §. 1. col. 2. ff. ſolu. matr.

ju.matr.& in l.Titio centum.§.Titio genero.
ff. de cond. & demon. Imò non ſolum eſt ne-
ceſſaria ad perſonæ præhenſionem excuſsio
bonorum debitoris, ſed etiã fideiuſſoris eius;
cum facultates quò ad effectum ſolutionis cẽ
ſeantur aggregatæ bonis debitoris.l.ſi plures.
ff.de fideiuſ.quem not.Marſ.ſing.3.ad hoc.Et
quamuis olim multi dubitarent an perſona ca
pi poſsit,quando quis eſt in ea obligatus, an-
tequàm bona diſcuſſa ſint: tamen ratione con
uentionis,quę valet,nõ eſt neceſſaria,vt Abb.
conſuluit conſ.42.in quæſtione,libr.2. Et ſic
patet, quòd non debet perſona capi non di-
ſcuſsis bonis,quando corpus debitoria obliga-
tum non eſt: quia præhenſio & captura eſt re-
medium ſubſidiarium,ad quod peruenitur tũc
demum,quando aliud remediũ non cõpetit.§.
quod autem,in auth.de fideiuſ.coll.1. Roma.
ſic firmat conſ.241.ſpectabilibus, colum. 2.
& Alex.conſ.159.circa,in fi.lib.2. Iacob.Re-
buf.in l.nemo, C.de exact.trib.li.x.Fely.in c.
quod ad conſultationem,colum. 7. de re iud.
Boer. in conſuet. Bituric. de iuriſd. om. iud.
§. 13.

EPITOME.

1 *Bona an capi poſſint, ſi perſona detinetur.*

MILLEL. DCLII.

1 QVANDO † debitor eſt captus bona
etiam illius capi de iure poſſunt, teſte
Bar.in l.conſentaneum,col.5.verſic.
venio & aſſumo.C.quo.& quan. iud. per text.
in c.fi.§.vlt.vt lit.non conteſt.idem tenẽt Bal.
& Paul.in l.qui legati.C.vt in poſſ. legat. & in
l.1.in fi.vbi Iaſ.ff. ſi quis ius dic.nõ ob temp.
l.ignorare,in fi.C.de reſtit.& l.fi.ff.ſi cer. pe-
ta.& l.inter eos.§.creditum. ff. de ſolut. Tum
quia carcer non ſoluit debitum,Bal. in c. dile
ctis filijs,colum.2.de appel.per illum tex. Tũ
etiam quia illa remedia ad vnum finem ten
dunt, videlicet ad ſolutionem: ergo permiſſa
cenſetur, teſte Bar. in l.edita.C. de eden.vbi
concludit, duo remedia ad vnum finem tendẽ
tia poſſe cumulari,poſt Dy.in reg.nullus plu-
ribus.de reg.iu.in 6.

EPITOME.

1 *Qinq; remedia creditori dantur ratione inſtru
menti uel ſententiæ.*
2 *Declaratio ad rub.C.de iu.dom. impetr.*
3 *Cautela pro eo qui rem recipit in ſolutum.*

MILLEL. DCLIII.

1 CREDITORI † ratione inſtrumẽti ga-
rentigiati, vel ſententiæ quintuplex da-
tur remedium. Primum, ꝙ res debitoris quaſi
in pignus teneantur.l.à diuo Pio.§. ſi pigno-
ra.ff.de re iud.glo.ſing.in l.1.C.de prætor.
pig.quam not.Bal.in Marga.in verb. pignus.
q.4.& Lanfr.in tep.c.quoniam, in uerb. inter
locutiones,colum. 16. de prob. Secundum, ꝙ
ſi velit creditor,ut ei adijciantur bona pro quã
titate debiti, hoc ei concedetur, ſi alius vltra
non offerat.d.§.ſi pignora,&.§.fi.in auth.de fi
deiuſ.Bal.in l.ordo,colum.2.C. de execu. rei
iud.vide Purp.in l.2.§.mutui datio,num.117.
ff.ſi cer.peta. Tertium,quia in licitatione cre-
ditor poterit rem captam emere,ſicut alius ex
traneus,teſte Hercul.in d.§.ſi pignora,in fi. p
tex.in l.2.C.ſi in cau.iud.quando conſtat em-
ptorem non inueniri, alioqui ſecus: vt conſu
luit Soc.conſ.37.quidam Nicolaus,colum.2.
2 lib.4. Quartum † quòd ſi debitor procuret, ꝙ
emptor bonorum captorum non inueniatur,
poterit creditor dominium à Principe per li-
teras iuſto precio ſibi decerni petere; ut do-
cet Bal.in.l.ordo,colu.1.C. de execu. rei iud.
Et ſic declaratur rub. C. de iu. dom. impetr.
Quintum,quòd iudex in ſolutum poteſt dictã
rem captam adiudicare creditori, teſte Bar.in
d.§.ſi pignora,& Bal.in l.2. C. ſi in cauſ. iud.
Saly.in.l.ordo,& in l. fi. C. de execu. rei iud.
3 Soc.d.conſ.37. Et † quando res datur in ſolu-
tum,cautela eſt,quòd proteſteris,& in inſtru-
mento adiudicationis facias inſcribere, quòd
per illam dationem in ſolutum non intendis
recedere ab hypoteca,neq; à fideiuſſorum ob-
ligatione:alioqui ſi res euinceretur,& debitor
non eſſet ſoluendo,creditor eſſet in periculo:
ut pulcrè docet Bar. & alij in l. ſi quis aliam.
ff. de ſolut. Cepol.cautel.147.eſt magna quę
ſtio.Dixi in tracta.de euiction.§.4.nu.40.

EPITOME.

1 *Priuata ſcriptura à publica perſona emanare
poteſt.*

MILLEL. DCLIIII.

1 SCRIPTVRA † quam facit notarius tan
quàm priuatus, quæ non habet publicam
formam poſitam in gl.l.generali.C. de tabul.
lib.10.ſed ſolum habet à notario ſubſcriptio-
nem, dicitur priuata: quia notarius de ea non
eſt rogatus: nec ſolennitas publici inſtrumen
ti adhibetur,quod oportet.§.nos,in auth.de ta
bell.coll.4.Nam notarius pro ſe ſcribens non
potuit rogare ſeipſum : differentia.n.eſt inter
roga-

rogatum & rogantem, arg.c.vlt.de inſtit.Nec potuit in ſua cauſa eſſe iudex,& publicam adhibere formã.l.vn.C.ne quis in ſua cauſ. iud. quod tenuit Inno.in c.1.de fid.inſtr.tex. glo. & ibi Bal.Ang.in l.ſcripturas,& in rub. C. de fid.inſtr.col.3.verſ.ſed dubitatur nunquid notarius,Fely.in c.2.colum.1.de fid.inſtr.Rom. in conſ.204.pro diſcutienda, in prin.Alexan. conſ.168. viſo puncto,libr.2.Marſ.in rub.de prob.fol.33. column.3.in paruis. Ideo ſi duo notarij tanquàm amici & non tanquàm notarij aliquid pro eorum negocijs familiaribus ſcripſerint,dicetur ſcriptura priuata,teſte Bal. in c. à nobis, in fi. de teſti.ſic conſuluit Paris. conſ.80.difficultas,colum.1.libr.4. Si tamen formam publicam ſeruauerint, etiam in ſuis actibus,dicitur publica,ſecundum Bal.conſil. 43.quedam ſcriptura,lib.1.& conſ.467.quædam ſcriptura,lib.5.Non ſolent tamen in forma publica ſcribere ſua inſtrumenta,ſed ſi recipianr mutuum, vel aliam rem, confitentur recepiſſe,& ſcripturam conficiunt, quæ tunc priuata eſt,& vocatur chirographum, vel ſchedula. In dubio præſumitur,quòd tanquàm notarius conſcripſerit,quando inter alios conficit ſcripturam: quia præſumitur illud quod communiter fieri conſueuit.l.excepto.C. loca.l.domini.C.de agric.& cenſ.lib.11. Lanfran.in repet.c.quoniam,colum.86. verſicul. ſecundò requiritur, in verb.interlocutiones, de prob.

EPITOME.

1 *Scriptura recognita probat.*

MILLEL. DCLV.

1 CHYROGRAPHVM † in iudicio recognitum plenè probat.l. publica. ff. depoſ.l.cum antiquitas.C.de teſta.ſiue ſit epiſtola, liber rationum, vel alia ſcriptura. l.eum de indebito.§.fi.ff.de prob. Alex. conſ. 191.viſa ſcriptura,colum.1.lib.2.Barba.conſ.53.à Ioue,lib.3.quia indignum eſt,quod quis ſua voce dilucidè proteſtatus eſt:vt hoc infirmare valeat.c.per tuas,in fi.de prob.l.generaliter. C. de non nu.pecu.Intellige quando expreſsè eã confitetur:ſecus ſi tacitè,ſcilicet tacẽdo, Bal. in c.1.col.pen.de fid.inſtr.refert Fely.in c.2. eo.tit.Hodie in contumaciam partis iudex cõdemnat partem abſentem, ac ſi præſens eſſet in uim illius tacitè confeſsionis, non tamen prodeſſet contra tertium, ſed tantum contra confitentem,Bal.in l.ſcripturas.C.qui pot. in pig. hab. Alex. in l.2.§.fi. ſi cer.pet. & conſil. 25. viſo inſtrumento,colum.2.libr.2. Corr. conſil.128.viſis ſcripturis,lib.1.Vide alias limitationes per Bal.in l.Deo nobis,not.5.C. de epiſ.& cler.

EPITOME.

1 *Teſtium probatione cum comparatione probat chyrographum.*

MILLEL. DCLVI.

1 SCRIPTVRA † probata à teſtibus dicentibus eam eſſe Titij ſcripturam,facta comparatione cum alijs Titij ſcripturis: ſi conueniat comparatio cum approbatione teſtium, plenè probat.l.comparationes,vbi doct.C.de prob.tex in §.ſiquis igitur,ibi(ex vtroq; fidem percipias) de inſtr. caur. & fid.coll. 6. Bar. in auth.& ſi contractus.C.de fid.inſtr. Alex.conſil. 181.nu.4.& ſeq.lib.4.Et pro iſta comparatione facienda poterit compelli debitor negans ſuam eſſe ſcripturam,ad ſcribendũ aliam d. §. ſiquis igitur, & ibi Ang. quem ſequitur Marſ.in l.de minore.§.tormenta,col. pen. ff. de quæſt.& Soc.in l.qui agnitis,not.2.per illum tex.ff.de except.

EPITOME.

1 *Chyrographum à teſtibus recognitum plenè probat.*

MILLEL. DCLVII.

1 CHYROGRAPHVM † ſubſcriptione duorum vel trium teſtium munitum,& ab ipſis teſtibus poſtea recognitum plenam facit fidem.l.nuda,vbi Bar.ff.de dona.& in auth & ſi contractus,C.de fid.inſtr.Alex.cõſ. 123. diſcuſsis,col.2.lib.1.& conſ.76. ponderatis, lib.3.ac conſ.118.viſo proceſſu,lib.4. vbi aſsignat,rationẽ hãc uidelicet. Quia teſtes in hoc caſu non poſſunt decipi,cum recognoſcãt ſua ſigna,& poſſunt rationem exprimere: quia viderunt eam à partibus ſcribi, vel ſubſcribi, & ſic probabunt: quia in his ſubſcriptionibus facilè non erratur: vt etiam conſuluit Aret.conſil.64.diligenter,colum.2.ac ſeq.per d.l.ſcripturas, & Soc. conſil. 284. in cauſa, colum. 6. libr. 2.

EPITOME.

1 *Scripturæ non recognitæ non probant, ſed operantur aliquem effectum.*

MILLEL. DCLVIII.

1 PRIVATA † ſcriptura, quæ nec teſtibus, nec à parte,nec literarum comparatione compro-

comprobatur, non facit quidem ſemiplenam probationem, ſed aliqualem præſumptionē, Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. Adde quòd etiam ſi eſſent nullæ ſcripturæ, adhuc nō probant, ſi non recognoſcatur, nec plenè, nec ſemiplenè. Soc. conſ. 33. proſequēdo, colum. 2. & conſ. 41. antequàm, col. 4. lib. 1. operantur tamen effectum deferendi iuramētum purgatorium, per c. fi. de iureiu. quod probat Soc. conſ. 104. poſt redditum, in 1. caſu. libr. 1. vbi tradit, an debeat ex ea puniri pœna falſi, facit tex. in l. inſtrumenta. C. de prob. ibi, (ſi non alijs quoq; adminiculis adiuuentur) Bal. in l. nuda ratio. ff. de dona. Fely. in c. 2. colum. 1. de fid. inſtr. per illum tex. ibi. (alicuius firmitatis exiſtit) Si tamen reperitur apocha ex antiqno facta, licet nullo adminiculo ſit ſuffulta, probat ſemiplenè, teſte Specul. i tit. de inſtr. edit. §. nunc dicendum, uerſ. quid ſi producens, ſequitur Iaſ. in rep. l. admonēdi, col. 85. ff. de iu. iu. refert Marſ. ſing. 436. latè ſatis.

EPITOME.

1 *Scriptura à tertio facta quando probet.*

MILLE L. DCLIX.

1 CEDVLA † manu tertij facta à partibus non ſubſcripta, ſed trium teſtium ſubſcriptione munita, aſſerentium ſe de partinm voluntate ſubſcripſiſſe, ſi fuerit à dictis teſtibus recognita, plenam facit fidem, glo. in c. 2. de fid. inſtr. & ibi Imo. & Iaſ. conſ. 129. in caſu. lib. 1. Si verò teſtes illam nō recognoſcāt, vtpote quia abſunt, vel mortui ſunt, ſi comparatio ſubſcriptionis teſtium fiat, ſemiplenè probat, vt docet Caccialup. in l. admonendi, col. 25. ff. de iureiu. Si autem comparatio non interuenerit, Roma. in d. l. admonēdi, dicit nullam fidem facere, tamē iudex examinabit qualitatem perſonæ, quæ ſcripſit, quæ ſi fuerit honeſta, & alia ueriſimilia interuenerint, faciet ſemiplenam fidem, ut ſcribit Dec. conſ. 510. in caſu, col. 1. ubi dicit non eſſe credēdum aſſerenti ſe de mandato alicuius ſcripſiſſe, allegat Bal. in rub. de fid. inſtr. colum. antep. Sed ſi nullam habet ſubſcriptionem partinm vel teſtium, nullam facit fidem, per tex. in c. 2. ibi (nullius firmitatis) de fid. inſtr. alioqui eſſet in poteſtate tertij obligare alium, quod reprobant iura eo inſcio & inuito, cum conſenſus debeat interuenire in obligatione, Ang. in §. 1. inſt. de obl. Si tamen appareat mandatū fuiſſe alicui, vt ſcriberet, illa ſcriptura obligat, ac ſi fuiſſet facta per mandantē. not. in l. diuos. §. Senatus. ff. de falſ. non creditur tamē illi tertio, quòd ſcripſerit de mādato talis, Imo. cōſ. 91. in cauſa, colum. 1. quod eſt benè notandū, teſte Marſ. ſing. 471. ſæpe. Si talis cedula manu tertij facta & trium teſtium ſubſcriptione munita, ſi à duobus ex tribus fuerit abſente vel mortuo tertio recognita, ſemiplenè probat, arg. l. 3. §. tu magis ſcire potes. ff. de teſti. Caccialup. in d. l. admonendi, & Alex. conſil. 118. viſo proceſſu, col. 2. lib. 4. Aret. conſ. 64. diligenter, col. 4.

EPITOME.

1 *Conſuetudo ualet & ſtatutum vt ſcriptura recognita executionem habeat.*

MILLE L. DCLX.

1 VALET † conſuetudo, vel ſtatutū, quòd cedulæ recognitæ habeāt executionem, teſte Bal. conſ. 140. proponitur, in fi. li. 1. Soc. conſil. 41. antequàm, in 3. q. lib. 1. Corn. conſ. 296. in præſenti, lib. 3. Barba. conſ. 86. illud, col. 6. lib. 3. maximè qnando recognitio eſt facta coram Principe Petr. Bellug. in Spec. Princip. rub. 26. §. Ieſu Chriſti. fol. 134. uide Bal. conſ. 44. D. Bailandinus, lib. 1. & in cōſ. 275. factum tale eſt. lib. 4. Amplia etiam ſi illa ſcriptura non eſſet ſolennis, forte, quia in ea non interuenerat ſubſcriptio: tunc ſi pars recognoſcat ſchedam ſcripſiſſe, ſufficit, vt not. Bar. in l. in alia, colum. 2. verſ. ſed pone. C. de his quibus & iud. Et ſcriptura ſic recognita eſt maior quolibet inſtrumento, etiam publico, teſte Bal. in conſil. 192. proponitur, colum. 3. verſ. ſed ſupereſt, lib. 2.

EPITOME.

1 *Subſcriptio paris eſt virtutis ſcripturæ.*
2 *Scripturam non ſubſcriptam quis recognoſcere cogitur.*
3 *Negans ſubſcriptionem punitur.*
4 *Subſcriptio quando non operetur executionem.*

MILLE DCLXI.

1 TANTVM † operatur ſubſcriptio, quantum ſcriptura etiam cum ſubſcriptione. l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pign. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. l. ſi ego. §. dotis, ibi. (vt is ſubſcribat, quas res acceperit. ff. de iu. dot. l. ſi per epiſtolam. ff. de acq. hæred. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uer. obl. §. 1. inſt. de emp. & vend. l. cum antiquitas. C. de teſta. glo. & Bar. in l. emptor. § . Lucius. ff. de pac. c. ſi quis presbiterorum, cum glo. de reb. eccl. non alien. Prat. Pap. in form. opp. con. inſtr. in

ſtr. in

ſtr.in fi.Iaſ.in auth. ſiquis in aliquo,colum.2. C.de eden.Bertha.in tract. de Epiſ. in 1. par. lib.3.verſ.ſciendum,& Dec.in.c.quoniam, colum.24.de prob.ſiue ſit ſubſcriptio generalis, ſiue ſpecialis, glo.in.l.1.§.inter filium. ff. de
2 falſ.Et † ideo dixi per.d.§.pater. Aliquem teneri ad recognoſcẽdum chyrographum, quod ſcripſerat,licet non ſubſcripſiſſet; quia tãtum operatur ſcriptura,quantum ſubſcriptio, & e contra.l.ſubſignatum.ff.de ver.ſig. Ex hoc infert Ang.in.d.§.Griſogonus,quòd ſi ſtatutum dicat,quòd ſcriptura manu debitoris facta habeat executionem paratam, habebit etiam locum in ſcriptura à tertio facta, & à debitore ſubſcripta: quia ſubſcribens videtur in effectu ſcripſiſſe ſecundum Alex.& alios in d.§.Griſogonus,& facit tex.in l.Stico.§.ſeruus.ff.de ſtatul.&.l.diuus.§.planè.§.ſubſcribere.ff.de falſ. Alex.conſ.47.ponderatis his,colum.2.lib.2. ſequitur Barba.conſ.58. omnipotentem, colum.11.lib.3.& in c.ſiquis presbiterorum, colum.2.de reb.eccl.non alien.licet contrarium tenuerit Iaſ.in.d.auth.ſiquis in aliquo,colum.
3 3.C.de eden. Secundò facit † quod voluit Bal. in auth.contra qui propriam,colum.1. C. de non nu.pecu.ubi concludit auth.illam non ſolum habere locum in negante ſuam cedulam à ſe ſcriptam, ſed etiam in negante cedulam à ſe ſubſcriptam,facit.l.1.ff.de cõſt.prin.ſequitur Ang.in.§.idem iuris, col. 17. verſ. quid ſi eſt ſcriptura, inſt.de excep.dicens Bal.opinionem veriorẽ, licet Saly.contrariũ teneat in.d. auth. cõtra qui propriã,alioqui eſſet abſurdũ: quòd ſiquis faceret ſcribi per alium, & ſe ſubſcriberet, ut Epiſcopi,Abbates, & alij magni uiri,quòd nunquàm tenerentur, quod eſſet ab
4 ſurdum. Fallit † quando ſcriptura requireretur pro forma,quia tunc ſubſcribens non haberetur pro ſcribente:vt docet Aret.in d.§.Griſogonus,colum.3.per illum textum, & Iaſ.in. l.emptor.§.Lucius.ff.de pac.Et hoc expreſsim tenet Albert. Brun. in tract. de for. & ſolenn. act.rub.ex quib.cõſiſt.for.& ſolen. verſ. idem quæro an ſubſcribens.Secundò limita, quando ſubſcriberet ſe vt teſtis.l.Caius. ff. de pig. act.l.Titia.§.Lucia.ff.de leg.2.l.ſi pater.C. de fideiuſ.Bar.in.l.ſicut.§.nõ videtur.ff. qui. mo. pig. vel hy. ſol. dicens idem eſſe,quando ſubſcribit ſe vt notarius, quia non facit ad ſe obligandum, ſed ad tribuendum robur ſcripturæ: & actus ultra intentionem operari non debet, iux.l.nõ omnis.ff.ſi cer. pet. firmat Bar.& alij in l.quæ dotis.ff.ſolu.matr.facit tex.in c.ex literis, de tranſ. Iaſ.in d.§.Lucius:quia diuerſis ex cauſis apponitur ſubſcriptio, de quibus per Specul.in tit.de prob.§.videndum, verſ. opponitur autem. Proſequere alias limitationes vt per Soc. in tract. fallent. reg. 385.

ſubſcribens, Fely. in c. quoniam, colum. 19. de prob.

EPITOME.

1 *Scriptura meo mandato ſcripta habet executionem.*

2 *Illiteratus per ſignum ſubſcribit.*

MILLEL. DCLXII.

1 SI † alius mandato meo ſcripſerit, perinde eſt ac ſi ego ſcripſiſſem.l.diuus Claudius.§.item,ibi(uideri enim ipſius domini manu ſcripta,cuius voluntate ea ſcripta ſunt).ff. de falſ.l.ſi ego.§.dotis.ff. de iu. dot. Abb.& Imo.in c.cum inter,de re iud.Iaſ.in l.edita,colum.4.nu.7.C.de eden.& in d.§.Griſogonus. l.ſi ita ſtipulatus.ff.de uer.obl.colum.3.vbi dicit facere ad ſtatutum,quo cauetur, quòd quis non admittatur ad excipiendum contra propriam ſcripturam: in qua continetur promiſſio pecuniæ,quòd tale ſtatutum habebit locũ, etiam ſi ſcriptura nõ ſit manu propria ſcripta, ſed alterius manu,de eius tamen mãdato. Idẽ
2 † ſi illiteratus neſciens ſcribere apponeret aliquod ſignum, quod poſtea recognoſceret eſſe ſuum,arg.l. optimam.C.de contrah. & commit.ſtip.melius in d.§. Griſogonus.ibi(aſsignante)Ne illiteratus melioris ſit conditionis quàm literatus.l.Seruius. ff. quod vi aut clam. c.cum qui,de præb.in 6.

EPITOME.

1 *Recognitio creditoribus non nocet, fallit.*

MILLEL. DCLXIII.

1 QVAERO † dum fit diſcuſsio bonorũ alicuius,producitur cedula mille aureorum, quam debitor recognoſcit: an iſta recognitio præiudicet creditoribus? Reſpon.non,niſi de debito aliter appareat: vt firmat Soc.conſ.78.viſis actis,lib. 4.per tex.in l. 2. ff. quæ in fraud.cred.Bar.in l.poſt contractum, colum. vlt. ff. de dona.Alioqui eſſet in poteſtate debitoris præiudicare tertio, quod non eſt dicendum, per. l.rem alienam. ff. de contrah.empt.& per hoc daretur materia calũniandi,contra.l.conuenire.ff.de pac. dotal.Limita quando ille tertius haberet cauſam à ſcribente.l.repetita.ff.da fid.inſtr.l.ex ſextante.§. Latinus.ff.de excep.rei iud.Henr.Boich in c.ſi inſtrumenta,de fid.inſtr. Et etiam quando ſcriptura eſſet à tribus teſtibus maſculis ſubſcripta: nam tunc videbitur ceſſare præſumptio fraudis.l.ſcripturas.C. qui pot. in pig. hab. &

ibi

ibi Bar.& alij.Anca.conſ.28. rationes, & Io. de Anan.conſ.40.in quæſtione, Iaſ.in §.Griſogonus.l.ſi ita ſtipulatus.ff.de uer. obl.Dec. in c. 2 .col.2 . de fid. inſtr.ratio eſt:quia ſicut non ſtatur dicto ſolius deponentis viua uoce, ita ſi conficiat ſcripturã:tamẽ ſi dictũ ſuũ probaretur per três teſtes, valeret : ſic erit quando ſcriptura eſt per tres teſtes approbata, Bolog. in add.ad Io.de Ana.d. conſ. 40 . quando eſſent teſtes non ſuſpecti, vt in l. ſcripturas . C. qui pot.in pig.hab.ſcribitur.

E P I T O M E.

1 *Scriptura priuata ſine ſubſcriptione nõ valet.*

MILLEL. DCLXIIII.

1 BREVITER † ſcriptura priuata ſine ſubſcriptione non valet : niſi cedula ſit ſcripta manu propria: & appoſitum ſit in ipſa nomen ſcribẽtis propriũ. Vt,in quorũ fidẽ hanc præſentem cedulam propria manu ego Gaſpar Caballinus ſcripſi.Vel fuerit ſcriptũ: ego Gaſpar Caballinus confiteor recepiſſe talem ſummã à tali : quãuis illa ſcriptura nõ ſit ſubſcripta,recognita tñ habebit executionẽ.l. cũ antiquitas,circa ſi.C.de teſta. & Bal.ĩ proœm. ffr. circa ſi.facit.l.ad teſtiũ.§.ſi quis ex teſtib. ff.de teſta.vbi idẽ dicit Bar.in literis mercatorũ,quę nõ habẽt effectum,niſi ſint ſubſcriptæ, vel propria manu ſcriptę,etiã ſi eorum ſigillo eſſent ſignatæ, ſequitur Marſ. in rub. de prob. fol.33.verſ.pdicta,& Berth. in tract. de Epiſ. in 1.par.li.3.verſ.ſubdendũ eſt;dicẽs idẽ in cõſilijs doctorũ, quę nõ valent niſi fuerint ſubſcripta, etiã ſi propria manu doctoris fuerint ſcripta:probat Fely.in c.2.de fid.inſtr.Alex.& alij in.l.admonendi.ff. de iureiu. Quia ſcriptura non uidetur completa, nec cõcluſa ſine ſubſcriptione, niſi aliter probaretur per teſtes ſiue eoſdem.

E P I T O M E.

1 *Dies & annus an in ſcriptura priuata requiratur.*

MILLEL. DCLXV.

1 QVAERO † an in ſcriptura priuata requiratur dies & annus? Videtur quòd ſic:quia non debet eſſe maioris auctoritatis in probando quàm publica.Sed publica requirit annũ & diẽ antequàm probet,per tex. in auth.vt prępon.nom.Imp.colla.2.l.generali.C.de tabul.lib.10.ergo & priuata.Item probatur:quia ſi non apponeretur dies, non poteſt probari an præſcriptum ſit debitũ, vel an mandatũ per literas datũ ſit præſtitũ ante iudiciũ, vel poſt : nec poteſt videri venire in iudiciũ,qui poſt iudiciũ acceptũ venit.l.nõ poteſt videri.ff. de iud.Et huius ſentẽtiæ fuit Butrig. in.1.conſtit.C. ꝗ requiratur dies . Item ultra cũ poteſt probari per.l.ſcripturas.C. qui pot.

1 ĩ pig.hab. vbi ratione hypotecę requitur dies, vt cognoſcatur prioritas,ergo &c.Cõtrarium tamẽ eſt cõmuniter verũ,per tex.in l.cum tabernã.§.idem quæſijt.ff.de pig.ibi.(videtur nõ idcirco obligationẽ pignorum ceſſare, ꝗ dies vel cõſules adhibiti,vel tabulę ſignatę nõ ſint) tex.ſimilis in.l.in ſumma.§.idem Labeo. 2.ibi (nõ diẽ ac cõſulẽ,at liquidũ exquirẽdũ) ff. de aq.plu.arc.gl.in c.diceti.§.ſancimus.25.q. 2. Io.Fab.in.§.item verborũ,col.2. inſt. de inut. ſtip.Alex.conſ.70.viſo proceſſu,col.3.libr.1.

1 & conſ.42.in cauſa,in fi.lib.3.Dec.& alij in. c.2.de fid.inſtr. Ratio eſt:quia ſcriptura priuata regulariter non facit fidem, niſi contra ſcribẽtẽ.l. Publia.ff.depoſ.& ideo ſufficit qualitercũq; fuerit ſcripta : & imputet ſibi ſcribens

2 quare diẽ nõ appoſuit,arg.l.veterib.ff.de pac. Boniſ.Vital.in.§.fi.in proœ.clẽ.Lanfr in rep. c.quoniã cõtra,in verb. inſtrumentorũ productiones,ĩ fi.de prob.Nec me mouet, ꝗ in ſcriptura publica requirat annus & dies : ſed hoc eſt: quia in illa ſolẽnitas eſt à iure introducta, quę nõ procedit in ſcriptura priuata,niſi ratio 1 ne hypotecę,& in ſeq.caſibus. Primus eſt quo ad pręiudiciũ tertij : vt ſi pcuratorẽ in ſcriptura priuata cõſtitui,talis cõſtitutio tenet quoad meũ pręiudiciũ cõſtituẽtis,ſed nõ ad pręiudi- 1 ciũ illius,cũ quo litigare intẽdo:quia forte tẽpore cõſtitutionis pcurator erat excommunicatus:& ſine die hoc nõ põt pbari: ideo nõ valebit,uel procuratoriũ allegari poterit eſſe fa-

2 ctũ poſt litẽ cõteſtatã, Io.And.& Domi.in c. abbate,de re iud.lib.6.Petr.de Bellaper.in.l. generaliter,col.3.C.eo.Alex.cõſ.132.in cauſa,col.1.lib.4.Secũdus eſt in.§.quãtũ,in auth. quib.mo.nat.eff.legit.colla.6. Alex.in l. prætor,col.1. ff.de edẽn. vbi idẽ dicit in libro rationũ,vt requiratur dies.Et in d.§. quantum ; eſt ſpeciale in cauſa matrimonij : quia agitur de maximo prẽiudicio, vtpote de ſeruitute pꝑpetua,prout latẽ not. Neuiz. in ſua ſyl. nupt. Dec.in.d.c.2.nu.14.Iaſ.cõſ.129.in caſu,col. 1.lib.1. Tertius eſt in teſtamẽtis & vltimis voluntatibus, in quibus etiam ſi fiant inter liberos, requiritur tempus, auth. quod ſine . C. de teſta. alioqui non valent . Et quia ius eſt nouiſsimum , illi ſtandum eſt , prout conſuluit Alex.conſil.126.diſcuſsis,colum.2.lib.1. Corn.conſil.307.veſtrum,col.2.lib.3 . Alex. conſ.4.attentis,col.4.libr.7. Quia pluries te-

1 ſtamentum mutari poteſt, & vltimum valet ; ideo de tẽpore debet apparere,vt ſciamus vlti

mum eſſe.§.poſteriore,inſt.quib.mo.teſt.infir.l.ſancimus.C.de teſta.Guid.Pap.conſ.55.omiſſa,col.2.Abb.cóſ.98.in queſtione,lib.2. Quartus eſt,quãdo tempus eſſet de ſubſtantia actus, & poſſet infringi tẽpore:vt quãdo agitur de prioritate hypotecæ.d.l.ſcripturas,Bal. in 1. conſt. C.in §.quibus,col.2. doct.in d.c. abbate, Barba.in proem.clẽ.§.ſanè,col. 20.& ſeq.cóſ.27.vbi Chriſtus,col.3.lib.3.& in rep. rub.de fid.inſtr.col.79.verſ.quinto ſi ita eſſet, in paruis.Quintus eſt in libris rationum, per tex.in l.1.§.editiones.ff. de eden. & ibi doct. ſic cóſuluit Alex.cóſ.84.in cauſa,col.1.lib.7. Notãdũ ꝙ in quib.caſibus requiritur tẽpus in priuata ſcriptura, debent exprimi nõ ſolũ anni,mẽſes,dies,ſed ẽt nomẽ Principis,per.l.2. §.diẽ.ff.quẽad.teſta.aper.d.§.quãtũ, & ĩ auth. vt prępõ. nom. imp. in prin. Bal. expreſsè & alij in d.auth.quod ſanè,ſequiť Alex.conſ.76. põderatis,col.3.verſ.incipe,li.3.Sed hoc non ſeruať in praxi:nã ſi annus, mẽſis & dies adeſſent,hoc ſufficeret: qa nõ ẽ moris nomẽ Principis ĩ priuata deſcribere ſcriptura,maximè in cedula.Et ideo minimè mutãda ſunt, q̃ ſemp certã ĩterpretationẽ habuerũt.l.minimè.ff.de legib.

E P I T O M E.

1 *Locus an ſit in ſcriptura priuata ſcribendus.*

MILLEL. DCLXVI.

1 LOci † appoſitio in cedula nõ requiriť, vt ꝓbatur in l.1.C.de apo. pub. lib.10. gl.in c.abbate ſanè,de re iud. in 6. & hoc expreſsè tenet Mathes.not.45.nota ꝙ tẽpus,vbi dicit tẽpus & locũ nõ eſſe de ſubſtãtia ſcripturę priuatæ,per.l.cũ tabernã.§.idẽ queſijt.ff.de pig.quia vbiq; põt qs & recipere & ꝓmittere. Diuerſum eſt in publica:quia in vno loco poſſet eſſe notarius,vel promiſſor & in alio non: & etiã in publica requiritũr locus, vt ſit facultas reprobãdi ſcripturã de falſo, ꝑ gl.in d.c.abbate,per.l.optimã.C.de cõmit.ſtipul.gl.in.c. dicẽti.§.ſancimus.25.q.2. & hęc ratio ceſſat ĩ ſcriptura priuata .l.damus.C.de falſ.Barba.in proęm.clẽ.in.d.§.ſanè,col.2.Alex.plenè,in l. de pupillo.§.qui nũciat.col.2.ff.de oper.nou. nun. Lanfr.in rep.c.quoniã,in verb.inſtrumẽtorum productiones, in fi. de prob. Si tamen quæſtio penderet ex loco, vtpote, quia pars vna affirmat certo loco aliquid factum, alia negat, & tunc oportet quòd locus probetur per ſcripturam, vel teſtes ſupplendo id,quod ſcripturæ deficit.l.eum actum. ff. de neg. geſt.l.matrem,C.de prob.Bal.conſ.354. quæritur, lib.3.

E P I T O M E.

1 *Nolens recognoſcere quomodo cogatur.*

MILLEL. DCLXVII.

1 QVod † ſi ſcribẽs non uult recognoſcere,quomodo ſuccurratur?Reſpõ. habeatur pro recognita,probatur per.c.fi. de cõfeſ. lib.6.ſiue interogatus noluerit reſpondere, ſiue non comparuerit Aufr.in ſtylo parlam.in 1. par.rub.de defec.ſuper act. perſon. verſ.item aduerte, docet Corn. conſ. 296. in præſenti,col.1.lib.3.

E P I T O M E.

1 *Recognitio per cõtumaciã parit pignorationẽ.*
2 *Caſus fictus quando exequetur uero.*

MILLEL. DCLXVIII.

1 QVando † cedula habetur pro recognita,vtpote per contumaciam: an cogať debitor dare pignora? Videtur ꝙ non:nã qñ fuit cõtumax debitor non cognouit,ergo nõ cadit pignoratio.Secũdò,tex. loquẽs in cognitione debet intelligi in uera nõ in ficta.l.3.§.hęc verba.ff.de neg.geſt.Tertiò, cõſuetudo uel ſtatutũ loquẽs in caſu uero non habet locũ in caſu ficto.d.§.hæc uerba,&.l.1. ff.ad.l. Falc.cõtrariũ tñ ſeruat pratica iſta ratione: quia tãtũ debet operari fictio in caſu ficto,quãtũ ueritas in caſu uero.l.ſi filiusſa.ff.ſi ſi cer.peta.Sed ſi pars uere recognouiſſet ſcripturã, deberet fieri pignoratio, ergo & qñ fictè recognouit, uidelicet per contumaciã uel
2 alio modo. Nec obſtant ſupra adducta † quia quãdoq; ſtatutũ loquẽs in caſu uero extẽditur ad caſum fictũ:vt eſt tex.in.d.l.1.§.1.& ibi plenè Alex.& Vincẽt.ff.ad.l.Falc. Et hoc qñ ęquiparãtur ꝑ viã regulę,p.c.cum dilectus,&.c.ad audiẽtiã,de cler.nõ reſid. uel qñ habẽt eãdẽ rationem, ſeu eũdẽ effectum producunt, Alex. conſ.178.in occurrenti,col.ult.lib.2.Item in terpretatione paſſiua bene extenditur ſtatutum ad caſum fictum,ut ibidẽ dicitur. Et poſt quàm ſtatutũ loquitur de cognitione generaliter & indefinitè,dẽt intelligi de quacũq;,cũ indefinita ęquipolleat uniuerſali .l.ſi pluribus.ff. de leg.2.c.vt circa,& ibi gl.magiſtra, de elect. li.6.quia quod per te ſtat:tibi eſt imputãdum, ut dicitur à contrario in reg. in iure ciuili. ff. de reg.iu. alioqui cõtumax nũquàm ſolueret

E P I T O M E.

1 *Confitens ſibi debitum ſolutum iuuatur exceptione non numerata pecuniæ.*

MIL-

MILLEL. DCLXIX.

1 INTERDVM† cõfitetur quis in ſcriptis habuiſſe pecuniam ſibi uerè debitam, & dicit quòd illa pecunia eſt cõtẽtus, & accepto fit & quietat debitorẽ, tũc ſi ſpe futuræ numerationis hoc agat, poterit exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ intra triginta dies opponere, poſtea non, per tex. in l. in contractibus. §. ſuper cęteris. C. de nõ nu. pecu. ſic cõſuluit Feder. conſi. 128. creditor, poſt Bal. cõſ. 199. Petrus. lib. 1. Rationẽ huius tẽporis ſcribit Porc. in. §. 1. in gl. extẽdatur, inſt. de lit. oblig. Intellige de iure ciuili, ſecus de iure canonico: quia nõ debet quis locupletari cum aliena iactura. c. locupletari, vbi expreſſè Io. And. de reg. iu. ĩ. 6. & omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. c. ſi. de præſcrip. Sic decidit Aufr. in add. deciſ. Capel. Toloſ. q. 418. item & c. an ſi creditor.

EPITOME.

1 *Iuramentum non tollit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

2 *Cautela ad tollendam hanc exceptionem.*

MILLEL. DCLXX.

1 SI † confitẽs iuraſſet ſe recepiſſe adhuc põt opponere exceptionẽ nõ numeratę pecunię, p. l. fi. C. de nõ num. pecu. ſing. ſm̃ Iaſ. in l. ſi cõuenerit, col. 3. ff. de iuriſd. om. iud. & l. q pecuniã, col. 1. ff. ſi cer. peta. & Iacobi. in. l. 2. §. mutui, in fi. eo. tit. ſequitur Alex. cõſ. 28. viſis, in. 2. q. li. 1. & cõſ. 89. viſo pũcto, in fi. li. 2. & cõſ. 27. viſis, nu. 26. lib. 4. Ant. de Petruc. in tract. de virib. iur. in. 4. effectu. Quia ſicut confeſſio habet tacitã cõditionem, ſi pecunia numeretur, ita & iuramẽtũ. d. l. fi. ẽt ſi renũciaret cũ iuramẽto: tũc habita habilitatione à iuramẽto admittetur ad opponendũ iſtã exceptionem, aliàs audiri nõ ſolet, arg. l. nõ dubiũ. C. de legib. & ita ſeruat pratica. Licet Bal. teneat in d. l. fi. nõ requiri habilitationẽ, qñ cõfitens iurat ſe recepiſſe: quia iuramẽtũ habet cõditionẽ tacitam, ſi mihi fidem ſeruaueris. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. & creditor non numerans poſt cõfeſſionẽ habitã non ſeruat fidẽ debitori. Ergo non tenetur debitor. l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi glo. Secus ſi iuraſſet pecuniam verè numeratã: quia tũc abſolutio à iuramẽto requiritur ſm̃ Bal. ibi, quem ſequitur Fely. in c. ſi cautio, col. 10. ampl. 1. de fid. inſtr. Ego puto in vtroq; caſu abſolutionẽ petendã, & ita praxis

2 ſeruat, & hoc eſt tutius. Fallit † quando creditor iuraſſet omnia ĩ inſtrumento cõtẽta eſſe uera deferẽte debitore: quia tũc nõ poterit opponi exceptio nõ numeratę pecuniæ, nec aliatãquàm res ſit iureiurãdo deciſa, arg. l. 1. C. de iureiu. ita ſing. limitat Cremẽs. ſing. 152. volo dare nouã, allegat Bal. in rep. l. 2. ff. de iure iu. Nec obſtat. d. l. fi. q̃a loquit̃ in iuramẽto aſſertorio, hic in deciſorio. Qđ eſt not. vt ſcias vti, ut in fi. inſtrumẽti dicas. Quòd debitor detulit creditori iuramẽtum: & creditor iurauit oĩa cõtẽta ĩ iſtrumẽto eẽ vera, tũc nihil poterit opponi, uide Bal. ĩ l. fi. ĩ fi. C. eo. attamẽ eadem facilitate qua iurat debitor, eadẽ deferet iuramentum ſpe futuræ numerationis creditori. Ideo arbitror, quòd ex ęquitate ſuccurritur iſti, ſi probet pecuniam ſibi numeratam non fuiſſe, vt fraudibus & malitijs obuietur.

EPITOME.

1 *Renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ adhuc iuuatur ea.*

2 *Renũciatio huius exceptionis quid operetur.*

MILLEL. DCLXXI.

1 ETIAM † ſi debitor renũciaſſet exceptioni nõ numeratę pecunię, adhuc illã opponere põt, gl. ſing. ĩ. l. ſi ex cautione. C. de nõ num. pecu. ſm̃ Bal. in Mar. in ver. renũciatio. q. 10. & Fely. in c. ſi diligẽti, coroll. 5. lim. 1. de for. cõp. & in c. ſi cautio, vbi limitat, de fid. inſtr. ſequitur Vital. in tract. clauſul. fol. 302. col. 3. Aufr. in add. ad deciſ. Capel. Toloſ. q. 374. Alex. cõſ. 179. viſa, lib. 2. Corn. conſ. 52. quotidianis, col. 2. li. 1. Bal. cõſ. 196. quędam mulier, li. 3. Tũ q̃a inducerẽtur creditores ad delinquẽdũ, nã poſtquàm haberẽt cedulam & hãc renũciationẽ nollẽt mutuare: qđ fieri nõ debet. l. cõuenire. ff. de pac. dotal. l. iuriſgẽtiũ. §. ſi paciſcar. ff. de pac. Tũ q̃a eadẽ fragilitate, qua inducũtur ad cõfitẽdũ inducerẽtur ad renũciãdũ; arg. l. ſi mulier. 2. ibi (ex cõſequentia ſuę fragilitatis) C. ad Velleia. Alexan. d. conſ. 179. Tãta. n. eſt fragilitas debitoris inquirẽtis pecuniã, ꝙ facit inſtrumẽtũ qualitercũq; creditor vult: nã dr̃ cõi adagio. Qui ſubmergitur, non reſpicit, quid bibat, nec debitor quid faciat: imò obligaret corpus ſuũ, vxoris, & filiorũ, & animã aliquãdo, quod eſt deterius, Ang. in. §. idem iuris, colum. 18. cum ſeq. inſt. de except. Item quia renunciatio huius exceptionis non poteſt facere efficacem obligationẽ, quæ eſt ante biennium ineficax: ergo non tenet renunciatio, Bal. in. d. l. ſi ex cautione, co

2 lum. 3. Operatur † tamen illa renunciatio præſumptionem iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, niſi per confeſſionem, Marſ. ſing. 222. exceptio non numeratæ pecuniæ, vbi allegat Bal. in conſ. ſed corupte, tu illum uideto.

EPITOME.

1 *Contra confeſſionem factam in vltima uoluntate non opponitur hæc exceptio.*

MILLEL. DCLXXII.

1 CONTRA † cōfeſsionē factam in vltima voluntate nō opponitur hęc exceptio nō numeratę pecunię, per glo. ſing. in l. 1. C. de falſ. cauſ. adiec. lega. quam ſing. dicit Bal. in tit. de pace Conſt. in uerb. vaſalli, & in Marga. verb. exceptio. q. 23. ac Barba. in rep. c. Raynutius, col. 3. & ibi Guil. Bened. in verb. in extremis, nu. 14. de teſta. Barba. conſ. 60. illud, colum. 9. & col. 21. lib. 3. Iaſ. in l. qui pecuniam, col. 1. ff. ſi cer. peta. & in rep. l. admonendi, colum. 57. nu. 158. ff. de iureiu. Marſ. in prat. crim. §. diligēter, nu. 119. & in rub. de fideiuſ. nu. 42. & conſ. 5. in cauſa, nu. 16. & conſ. 109. ſpiritus, nu. 3. ac cōſ. 113. in præſenti, nu. 12. Ratio eſt, quia ſpe futurę numerationis non videtur confiteri, cum potius cogitet de morte, quàm de cupiditate pecunię: ideo pſumitur ꝙ uerè receperit: & ſic nō pōt opponi hæc exceptio p heredē. Qđ eſt verū, vt creditor teneatur pbare numeraſſe, poterit tñ heres probare cōfeſsionem fuiſſe erroneam; vt docet Porc. in §. 1. inſt. de lit. obl.

EPITOME.

1 *Poſt biennium quādo hæc exceptio opponatꝰ.*

MILLEL. DCLXXIII.

1 HAEC † exceptio non numeratæ pecuniæ poſt bieniū opponi nō pōt, inſt. de lit. obl. Quia debitores pecunia egentes conſueuerunt confiteri ad voluntatem creditorū ſpe futuræ numerationis: & ideò propter bonū publicū, & in fauorē debitorū iura ſtatuerūt debitores vſq; ad bieniū poſſe excipere de pecunia non numerata: & tūc creditoribus incūbit onus probādi numeratā, Alb. ī l. ſi ex cautione, in fi. C. de non nu. pecu. latè ad ambas partes Ang. in. §. idem iuris, col. 3. inſt. de excep. poſt biennium verò tenetur debitor probare non numeratam: quia non eſt veriſimile quòd tantò tempore tacuiſſet, ſi pecuniam nō recepiſſet. De æquitate tamen canonica poteſt hæc exceptio ſemper opponi per mille annos: ne quis cū aliena iactura locupletetur, & ibi latè Boer. in add. de reg. iu. li. 6. ſequitur Ang. in conſ. 156. videtur prima frōte, & Iaſ. in. l. qui pecuniā. ff. ſi cer. peta. vbi dicit habere locū in terris ſubiectis Eccleſiæ in temporalibus: & exceptio doli in terris Imperij opponi pōt poſt biennium: quia dolo facit petendo qđ nō numerauit. Qđ eſt not. in actu pratico, teſte Ang. in. d. §. idē iuris, col. 5. ver. ex quo not. tu cauſidice. Et poſt bienniū non tenetur creditor nec iurare, nec referre, l. in cōtractib. §. illo. C. eo. ita tenuit expreſsè Henr. de Pyro Colon. inſt. de lit. obl. in glo. ſcriptura, per. d. §. illo. De æquitate tamen ſi pars uellet eum cōſtituere iudicem, teneretur officio iudicis iurare, facit qđ dixi ſupra Millel. 642.

EPITOME.

1 *Notarius ſi aſſerat numeratam pecuniam excludit hanc exceptionem.*

2 *Cautela pro notarijs.*

MILLEL. DCLXXIIII.

1 SI † notarius atteſtaretur in inſtrumēto publico numerationē factā fuiſſe p hæc verba. Perſonaliter cōſtitutus Titius cōfeſſus eſt habuiſſe decem aureos, quos in mei pręſentia habuit & recepit ex cauſa mutui. Secus ſi diceret, cōfeſſus eſt ſe habuiſſe, quia tunc exceptionē opponere poterit nō aūt in primo caſu, p quo eſt tex. in. l. 1. ibi (præſens aſpectus probet). C. de cano. frum. ur. Rom. li. xi. gl. in. l. ſi plurib. ff. de ſolut. Roma. ſing. 636. ſcis ꝙ, & Cremēs. ſing. 44. pone, dr̄. Fely. & alij in c. ſi cautio, de fid. inſtr. Et iſta eſt cōis opinio. Poterit tñ pars falſum illud inſtrumētū allegare, & pbare pducēdo teſtes, q interfuerāt cōfectioni inſtrumēti, & alijs legitimis modis, ſi
2 illā pecuniā nō receperit. Aduertat † notarius ad hoc vt nunquàm ſcribat partē recepiſſe: niſi numeratio fuerit facta eo pſente & vidēte; ſed dēt ſcribere Titium cōfeſſum fuiſſe ſe recepiſſe, alioqui incidit in crimen falſi, quia affert teſtimoniū de eo qđ nō vidit, gl. in. l. ſi ex pcio, in verb. cōſcriptū. C. ſi cer. peta. Porc. inſtit. de lit. obl. col. 2. Bal. in cōſ. 28. ī quodā inſtrumento, lib. 1. per. l. tutor. §. fi. ff. de uſur.

EPITOME.

1 *Geminata confeſſio excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

MILLEL. DCLXXV.

1 QVANDO † cōfeſsio eſſet geminata excludit exceptio nō numeratę pecunię: gl. in l. in contractibus. §. ſed quoniam, in verb. penitus, in prin. C. eo. quam ſing. not. Rauen. in uerb. geminatio, & Iaſ. in l. qui pecuniam. ff. ſi cer. peta. ſequitur Bal. & Ang. in d. §. ſed quoniā, & Io. Andr. in add. Specul. in tit. de dona. int. ui. & vxor. in rub. ad fi. Petr. de Bellap. in. l. cum fidem. C. eo. in fi. Abb.

in. c.

in c.ſi cautio,de fid.inſtr.per Bal.in l.generaliter.C.de iureiu.& in. d.l.cum fidem, & ibi Barba.in add.ad eum,& in d.l.in contractib.§.1.Quia geminatio multum operatur.l.baliſta.ff.ad Treb. Corſet. in tract. de gemina. Marſ.conſ.113.in præſenti cauſa,Roma. in l. ſi verò.§. de uiro,fall.31.ff. ſol. matr. Contrarium tenet Fely.in d.c.ſi cautio,quia eadẽ facilitate induceretur quis ad confitendum bis, & ſæpe, ſicut ſemel,etiam ex interuallo: quia ſemper cõſideret de numeratione ſibi facienda: ideo ob iſtam confeſsionem geminatam non obligabitur, niſi alia interuenerint ſecundum eum.Et iſtud eſt æquius, & in praxi obſeruatur: dummodo debitor poſsit probare ſibi nihil fuiſſet numeratum.

EPITOME.

1 *In conſcientia non poteſt tolli hæc exceptio.*
2 *Exceptio iſta licet poſt biennium opponi non poſſit, tamen officium iudicis poteſt implorari.*

MILLEL. DCLXXVI.

1 NOTANDVM † eſt, ꝙ licet ſtatutum tolleret hãc exceptionẽ nõ numeratę pecuniæ:tñ in foro cõſciẽtię creditor non eſſet tutus,teſte Inno.& Abb.in c.pleriq;, de immu. eccleſ.& Bal.in l.ſi ex cautione,in fi.C. de nõ
2 nu.pecu.Item † licet exceptio non numeratæ pecuniæ non poſsit poſt biennium opponi, tamẽ poteſt implorari officium iudicis:vt habetur in add. ad Abb.in c.fi. de ſolu. quod dicit eſſe ſing.Marſ.ſing.277.licet ſupra. Vel allegari exceptio ſimulationis, etiam ſi renunciatum fuiſſet huic exceptioni,glo.in.l.emptione. C. plus val. quod agi. ſequitur Marſ. ſing.327.exceptio.

EPITOME.

1 *Creditor funeris præfertur omnibus alijs creditoribus.*

MILLEL. DCLXXVII.

1 PRAEFERTVR † creditor funeris omnibus alijs creditoribus,per.l. pen.ff.de relig.& ſump. fun. ibi (impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur) quæ etiam omne creditum ſolet præcedere, cũ bona ſoluẽdo non ſunt.Et ſic omnibus tacitis hypotecis hæc expenſa præferri debet,etiam doti, & anterioribus,ſed & expreſsis hypotecis,per glo.in d.l. pen.Bar.& alij in l.1.ff.ſolu.matr. pulcrè Negus in tract. de pign.in 2.membr.5.par.nu. 28.in 13.fall. Et hoc propter vtilitatẽ publicam.l.2.ff.de priu.cred.Etiã fortius ꝙ habẽda eſt prius ratio huius expẽſę quàm legatorũ,licet eſſent prius facta legata: tamen pro exequijs faciendis poſſunt res legatæ vendi, quando aliæ non ſufficiunt.l.at ſiquis.§.ſed & ſi res legatę.ff.de relig.& ſump.fun.vbi dicit tex.Sãctius eſſe de ſuo teſtatorẽ funerari, quàm aliquẽ legatũ cõſequi. Etiã præfertur omni æri alieno.l.fi.§.in cõputatione.C. de iu.del. vbi doct.

EPITOME.

1 *Marito contra vxoris hæredes funeris impenſarum datur actio.*

MILLEL. DCLXXVIII.

1 ACTIO † funeraria datur marito contra hęredes vxoris, vel contra illos, ad quos res reuertitur ſoluto matrimonio, per.l. in eum, cum.l.ſeq.ff.de relig.etiam ſi maritus promiſiſſet totam & integram dotem reddere, adhuc poterit retinere ex dote expenſas funeris,Curt.Sen.conſ.13.ſtatutò Genuæ, col. fi.facit quod not.Bal.in.l.fi.C.ad.l. Falc.& ſic maritus de ſuo nõ tenetur vxorem funerari,niſi lucretur dotẽ:vt Papię.Acquiſsimum.n. eſt viſum veteribus mulieres quaſi de patrimonijs ſuis,ita de dotibus funerari.d.l.in eum,& doct.in.l.quod in uxorem. C. de neg.geſt.Et idem quãdo lucratus eſſet dotis portionẽ, pro portione tenetur.l.Celſus.ff.de relig. cum.l. ſeq.Guid.Pap.cõſ.127.de hoc anno Domini.

EPITOME.

1 *Hæres non implens defuncti uoluntatem, an priuetur eius hæreditate.*

MILLEL. DCL XXIX.

1 HAERES † negligens voluntatem teſtatoris implere,priuatur hæreditate, ſi ſteterit per annum,& monitus fuerit: ſi verò ageretur de breuiori tempore anni, tunc duæ monitiones requiruntur.c.nos quidẽ,de teſta.§.ſi quis autẽ nõ implẽs, in auth.de hæred. & falc. colla.1.& in auth.hoc amplius, & ibi Iaſ.plenè.C.de fideic.§.ſi autem,in auth. de eccl.tit. colla.9. Et ille annus computatur à die monitionis factæ per Epiſcopum, vel alium, teſte Abb.in conſ.110.in cauſa,lib.2.& Anca.conſil.395.oretenus, vbi dicit,quando conſtitutio ſynodalis dat ſex menſes, an coniungantur cum anno:& an Epiſcopus poſsit ꝓrogare tempus datũ per teſtatorẽ:vide Bal.cõſ.207. occurrit,li.3. Et quãdo teſtator diſpoſuit hęredem

dẽ priuari bonis; ſi ſuã voluntatẽ nõ impleuerit à quo tẽpore incipiat currere annus, docet Bal.cunſ.15.lib.4. Hærede negligente, vel executore adimplere uolũtatem defuncti per ſex menſes: poterit Epiſcopus etiam non expectato anno, interdicere quicquid fuerit eidẽ relictum cum fructu & emolumento, vt ex his volũtas impleatur. d.c. nos quidem, & ibi doct. Flor.in.3.par. ſum.tit.10.c.3.§.5. Ang. Clauas.in ſum.in verb.executorũ.§.23. Non ſeruãs uolũtatẽ defuncti eſt infamis infamia facti, & contra conſciẽtiã facit.l.militis.C.de relig. & ſump. fun. ſecundum Guil. Roman. ſing.124. lex eſt cõtra glo. Similiter executor perdit commodum, ſi quod habet teſtamento, ſi negligat voluntatem defuncti implere.l. ſiquis ſepulcrum.§.funus. ff. de relig. & ſump. fun.c.Ioannes, & ibi not. de teſta.

EPITOME.

1 *Religioſo fit prouiſio pendente lite de alimentis.*

MILLEL. DCLXXX.

1 RELIGIOSO † litigãti cõtra ſuũ ſuperiorẽ fit prouiſio, Alb.in l.fi.C. de ord. cog. Iacobi.in.l.vi certis. ff.de iud. quia iſti cũ nihil habeãt, interim lite pẽdẽte fame perirẽt, ideo per modũ prouiſionis prouideri eis debet de alimẽtis. Et hoc habet lucum in omni religioſo, cum eadem ſemper ſit rõ, vt in ſimili cõcludit Soc.conſ.99.Sereniſsimus, & cõſ. 101.viſis, lib.3. Intellige ſi religioſus pro vtilitate monaſterij accuſaret, vel reformationẽ monaſterij peteret.c.ex parte, de accuſ. Secus ſi propriam cauſam proſequeretur, nam ſi ſic non habeat vnde viuat, & dicat ſe valde iniuriatum: tũc maior cautela eſt, ꝙ ſupplicet ſibi de expenſis prouideri, & iudex ei non negabit: vt firmãt D.de Rot.deciſ.799. ſciendum, in antiq.& Aeg.Bella.deciſ.159.in caſu. Imò ſi aliquis interim illũ alat poteſt monacus petere ab Abbate, vt iſti ſatisfiat, facit. c.olim. 2. de reſt.ſpol.vbi doct.ſcribũt diuerſum eſſe in apoſtata. Nã tũc eidẽ eſſet prouidẽdum iux.c.nouimus, in fi.de ver.ſig.cũ pane doloris & aqua anguſtiæ.

EPITOME.

1 *Prœmium declarat mentem legis & ordinationis.*

MILLEL. DCLXXXI.

1 PROOEMIVM † mentem legis & ordinationis oſtẽdere ſolet, & ex eo colligiẽ cauſa finalis cõditoris.l. pẽ.ff.de iu. & fac. igno. ibi (initium cõſtitutionis declarat) & vbi ratio procœmij eſt amplior, redditur amplius diſpoſitum.l.fi.ff.de hæred.inſt. Alex.& Iaſ.in. l.cũ hi.§.eã trãſactionẽ.ff.de trãſ. Fely.in. c.paſtoralis, in prin.col.2. de off. deleg. Et quãuis in lege vel ordinatione de neceſsitate non ſit apponẽdum procœmium, tamen non ſolet deſcribi niſi cum miniſterio.c.ſecundò requiris, de appel.Bal.in.§.quibus.1.cõſt.C.col.1. Barba, conſ.1.col.2.lib.3. Et procœmium declarat mẽtem non ſolum in conſtitutionibus & ordinationibus, ſed etiã in ſtatutis, teſte Bar.in.l.1.ff. ad Maced.& Barba.conſ.2.col.5.lib.3.ac etiã in contractibus & vltimis voluntatibus: vt docet Barbà.conſ.34.dificile, col.2.lib.3. Vndè ordinatio ampliabitur, vel reſtringetur, aut declarabitur ex procœmio: ut in ſimili dicit Barba.conſ.47.illud in medium, col.2.li.3. Quod eſt not.pro procœmijs & prefationibus, quæ in inſtrumentis ſolent etiam apponi: vt iudices non debeant iudicare, niſi inſpectis procœmijs ordinationum & aliorum actuum, de quibus agitur, quia mens iudicantium aliquando ex ipſo procœmio coniſcietur, ſaltem multum inuabit procœmium ad deciſionem dubiæ quæſtionis.

EPITOME.

1 *Ingrato filio non fit prouiſio.*
2 *Legitimatio quando reuocari poſſit.*

MILLE DCLXXXII.

1 QVANDO † filius eſſet igratus, vel aliàs cõſtaret ſaltẽ ſummariè eũ eſſe hæreditate & bonis priuatũ: tũc ſicut non eſt alẽdus, ita nec prouiſio faciẽda, quæ maximè ad alimẽta fieri debet, gl.in l.ſiquis à liberis.§. idẽ iudex, in verb.detulerat.ff.de li.agnoſ.quæ dicit, ꝙ ex quibus cauſis poteſt filius exheredari, & eidẽ alimẽta denegari: etiã prouiſio non preſtabitur: vt tenet gl.in l.fi.C.de alen.li. quã not.Alex.in l.1.col.3.ff.ſolu. matr. & ſic fuit Toloſæ deciſum in q.77. quẽ ſequitur Crot. in rep.l.ſi conſtãte, col.58.ff.ſolut.matr. Imò
2 † fortius dicit Bal.in §. filij nati, ſi de feud.defun.cont.fuer.quem refert Rom.ſing.222.vltimo, & Cremens.ſing.19.tu ſcis, quòd ex quibus cauſis poteſt filius exheredari, & eiſdẽ cauſis filius legitimatus poterit in priſtinam ſpurietatem reduci, & exemptio reuocari. Quod dicit not.Bal.in l.2. in fi.C. de libert. & eor. liber. Petras.ſing.1.vbi plenè probat.

EPITOME.

1 *Adoptiuis filijs an prouiſio facienda ſit.*

MIL-

MILLEL. DCLXXXIII.

1 IN † filijs adoptiuis petentibus ſuceſsionẽ non habet locum prouiſio. Nempe appellatione filiorum in hac materia non ueniunt adoptiui.c.in præſentia, & ibi not. doct. de prob.l.fideicõmiſſum.ff. de cond. & demonſ. Vnde donatio quæ reuocatur propter ſuperueuientiam liberorum non extenditur ad adoptiuos.l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.Alex.cõſ 40.ſuper primo,col.ult.lib.4.& filij adoptiui non faciunt deficere fideicommiſſum,Bart.& alij.in l.ex facto.§.ſiquis rogatus.ff.ad Treb. per tex.in l.ſi ita quis.§.is cui.ff.de leg.2.Abb. & alij in c.in præſentia. Quia uerba teſtatoris conſuetudinis & contrahentium debent regulariter intelligi de parentibus,& filijs naturalibus,non de ciuilibus.l.fi.C.de his qui uen. ætat.imp.Iaſ.in l.quiſque.§.prętor ait,col.ult. ff.de in ius vocan.Verba enim debent intelligi in caſu uero non ficto.l.3.§.hæc uerba.ff. de neg.geſt.l.1.ff.ad l.Falc. Et ceſsio quæ poteſt fieri à patre filio intelligitur de naturali, non de adoptiuo, Rebuſ.de priuil.ſcolas.priuil.177.Item appellatione filij tũc uenit adoptiuus,quando diſpoſitio in alijs filijs uerificari non poteſt,gl.Bal.& alij in l.ſiquis poſthumos,in prin.ff.de lib.& poſth.Fely.in c.1.nu. 7.de reſcrip.

EPITOME.

1 *Lineæ nomine quid ueniat.*

MILLEL. DCLXXXIIII.

1 APPELLATIONE † lineæ uenit recta, arg.l.qui liberis.§.hæc uerba.ff.de uulg.ſubſt.Bal.conſ.321.teſtamento cauetur, lib.1.& conſ.334.in quæſtione,col.3.lib.3.licet contrarium teneat propter mentem defuncti in conſil.339.quæritur, libr.3. Primum tenet Dec.conſ.365.uiſo conſilio,co.2.& cõſ. 379.requiſitus,col.3.Soc. conſ.33.circa,col. 4.uerſ.confirmatur, lib.3. & hoc per tex.in l. iuriſconſultus.§.parentes.ff.de grad.Et quando dicitur in ſtatutis, conſuetudinibus,uel teſtamẽtis,ut ueniãt bona ad illos de linea, qui veniant,uide Anc.conſ.95.in quęſtione, col. 2.& Barba.in rep.l.cum acutiſsimi,col.53.C. de fideic.Et linea recta continet aſcendentes & deſcendentes tantum,non autem tranſuerſales,Bal.in d.conſ.321.per tex.in l. ſtegmata.ff.de gradib.

EPITOME.

1 *Dictio uſque, quid ſignificet.*

MILLEL. DCLXXXV.

1 REGVLARITER † dictio uſque capitur incluſiuè, quando incluſio non eſt contra legem, per text. in l.fi.ff.de Senat. Vel quando oratio affirmatiua præcedit, ut iudex cognoſcat uſque ad trecentos aureos,de trecẽtis aureis cognoſcet.§.& iudicare, in auth. de defenſ.ciuit.col.3.Secus ſi oratio ſit negatiua, ut non cognoſcat uſque ad uiginti aureos, de uiginti aureis cognoſcere non poterit.leg.ſi oleum.§.fi.cũ l.ſeq.ff. de dol. Quomodo aliàs hæc dictio uſque accipiatur, uide plene per Bar.in l.patronus.§.1.ff.de leg.3.Bald.in l.à caligato.C.de nupt.& conſi.110.lib.1.& conſi.375.lib.4.& conſi.412.lib.5.& in §.& quia col.7.qui feud. dare poſ.& in tract.ſtatut. in uerb.uſque,& Io. de Plat. in l. peculiari.C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.12.Alex.& Vincent. Hercul.in l.1.in princ.ff. ad l. Falc. Caſſan.in cõſuet.Burgun.in rub.des iudices.§.6.glo. iuſques àſepe ſols tournoys

EPITOME.

1 *Vtrum condemnatio uſque ad triginta aureos poſſit exequi in uiginti.*

MILLEL. DCLXXXVI.

1 SI † iudex habens poteſtatem cognoſcendi uſque ad 20.aureos condemnauerit in triginta, an illa ſententia poſsit exequi ſaltẽ vſque ad uiginti? Videtur quod non: quia ſententia uidetur indiuiſibilis. l. in hoc iudicio, & l.quędam mulier.ff.fam.erciſ.Aufr. in add. ad q.Toloſ.deciſ.215. Contrarium uidetur, tum quia utile per inutile non debet uitiari in diuiduis.c.utile, de reg.iu.in 6. & maximè in fauorabilibus, tum etiam, quia ſi iudex condemnaret ad maiorem ſummam, quàm ſe extendat iuriſdictio ſua, ualebit ſententia uſque ad illam ſummam, uſque ad quam cognoſcere poterat,teſte Io.And.in reg. ea quæ fiunt, de reg.iu.in 6.refert Rom.conſil.66.uiſo, & Purpur. in l. ſi idem.§.fi. ff. de iuriſd.om. iud. Facit gloſ.in c.fi.de pœn.& remiſ.in.6.vbi ualent illę indulgentiæ, quas Epiſcopus dare poterat, ſi maiores conceſſerit. Et emphyteuſis conceſſa uſque ad quartam generationem, ualet uſque ad tertiam,Bal.in auth.ſi quas ruinas C.de ſacroſ.eccl.ſed diſtinguẽdum eſt,aut ſententia continet unum capitulum tantum,non poteſt in aliquo ualere niſi in totum valeat.d. l.in hoc iudicio. Aut diuerſa capitula continet,ut puta,petebat quis decem aureos ex uini uenditione,ex frumenti totidem,ex domus locatione idem petebat, iudex condemnauit reum

reum ad petita in libello. In duobus capitulis, quæ non excedunt 20. aureos in illis ſententia ualebit & exequetur, in alio uerò non, quia excedit. Et ita conciliantur iura, & hoc uoluit dicere Bar. & alij in l. 2. C. de re iud. Iacobi. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud.

EPITOME.

1 *Aliquidua intra quod tempus debeat ab hæredibus mariti,*

MILLEL. DCLXXXVII.

1 POSSIDENTES † dotem in mobilibus intra annum uiduam alere debent, ſi non habeat unde ſe alat, glo. in uerb. facto, quæ eſt ſecunda in l. diuortio. ff. ſolu. matr. & ibi Iaſ. & communiter doctor. & in c. ſalubriter, de uſur. Bal. conſ. 92. hæres uiri, lib. 2. & conſ. 12. quoniam, eod. lib. Alex. conſ. 27. uiſo themate, col. 2. lib. 4. & conſ. 74. uiſo titulo, col. 4. in 5. lib. Ideo ſi mulier alatur ab hæredibus uiri, non petitur alia prouiſio, ſed ſi non alatur, interim petet alimenta ſibi decerni intra annum, quia de iure intra annum ſoluẽdæ ſunt uſuræ centeſimę dotis rei mobilis. l. 1. §. exactio, cum. §. ſeq. C. de rei uxor. act. licet hoc ſit de iure canonico correctum, ut docet Abb. conſ. 39. illud de iure, col. ult. lib. 2. poſt Bart. & alios in l. ſi inſulã. §. uſuras. ff. ſolu. matr. Tamen hæ dotis vſuræ ut intereſſe petuntur, gl. & doc. in c. cõqueſtus, de uſur. Card. in clem. un. q. 6. de uſur. Alex. in l. diuortio, colum. 4. ff. ſolu. matr. ſic conſuluit Bologn. conſil. 19. pro tanto, & diſtinguit Affl. deciſ. 284. an ſoluto. Sed ſi ſolueretur dos ſtatim ſoluto matrimonio, mulier tunc nihil petere poterit, ut probat Soc. conſ. 126. diligenter, lib. 1.

EPITOME.

1 *Mulieri à uiro expulſæ prouidetur de alimẽtis.*

MILLEL. DCLXXXVIII.

1 SI † mulier ageret contra maritum ſuper alimentis, eo quòd eã domo expuliſſe, & ob adulterij ſuſpicionem, uel zelotipiam, ſed de facto, tamen antequam iudicatum ſit ſuper principali facto, illi uxori debet interim fieri prouiſio, ut aſſerit Io. Lup. in rep. c. per ueſtras. §. 39. de dona. int. ui. & uxor. amp. 8. poſt Inno. & alios in c. ex parte, de accuſ. ſic cõſuluit Soc. cõſ. 286. uiſa proteſtatione, lib. 2. & ita fuit deciſum Neapoli ut refert Afflic. deciſ. 10. uxor. Plus dicens, quòd ſi uxor aliunde poſsit uiuere, poſſet hoc caſu adhuc petere alimenta à uiro, allegat Bal. in l. de alimentis. C. de tranſ.

1 Videtur tamen tex. contrarius in l. extraneo. ff. de uen. in poſſ. mit. ſed in alio caſu loquitur, ut inferius dicetur. Imò bona mariti pro alimentis uxoris ſunt tacitè obligata, ut probatur in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſsimo. ff. ſolu. matr. & Guid. Pap. cõſ. 127 & Feder. conſ. 176. D. Conrado. Licet multi contrarium teneant in leg. diuortio. ff. ſolut. matrimonio.

EPITOME.

1 *Mulieri ſeorſum habitanti à marito an fiat prouiſio de alimentis.*

MILLEL. DCLXXXIX.

1 SI † uxor duri capitis (ut ſunt plures) iniuſtè habitat ſeparatim à marito, & ibi petit alimenta ſibi præſtari, non illi fiet prouiſio, ſed ad maritum redire cogẽda eſt, teſte Guid. Pap. conſ. 127. de hoc. per c. literas, de reſtit. ſpol. nempe cum uiro non ſeruiat, petere dictã prouiſionem nõ pôt, arg. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. ſic cõſuluit Soc. conſ. 276. uiſa proteſtatione, col. 1. lib. 2. & conſ. 64. in præſenti, lib. 4. Niſi eſſet uxor ualetudine affecta, tunc etiam ſi non ſeruiat, alimenta petet, per. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſęuiſsimo. ff. ſol. matr. doct. in l. quod in uxorẽ. C. de negot. geſt. Secus ſi culpa uiri ſeorſum habitet, quia tunc prouiſio illi fiet, ut Guid. Pap. aſſerit in q. 439. an uir, & doct. in d. leg. quód in uxorem.

EPITOME.

1 *Alimenta in cauſa appellationis mulier petere poteſt.*

MILLEL. DCLXL.

1 MVLIER † quæ ſuper fœdere matrimonij obtinuit ſententiam à qua fuit appellatum, pendente lite ſuper appellatione poterit alimenta per prouiſionem petere, exẽplo filij. leg. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inof. teſta. Nec dicitur ob hoc attentari quicquam in præiudicium appellationis, & ſpeciale in cauſa matrimonij eſſe aſſerit Affl. deciſ. 152. fuit dubitatum, & ita iudicatum fuiſſe. Et quòd durante lite teneatur maritus pręſtare alimenta uxori probat Guid. Pap. q. 439. an uir, per l. extraneo. ff. de uent. in poſſ. mit. dicens plus, quòd ſi maritus non cognoſcat mulierem per biennium, iuſtè mittitur repudium,

dium, per.l.in cauſis. C. de repud. Quod eſt uerum, ſi ante conſumatum matrimoniũ hoc proueniat, ſecus, ſi poſt conſumationem. c. laudabilem,& per tot.de frig.& malef. Et hæc uiri frigiditas maxima eſt mulieri clades, & tabes.

EPITOME.

1 *In quibus dos ſit priuilegiata.*

MILLEL. DCXCI.

1 Dos † in tribus reperitur priuilegiata. Primò ante matrimonium, quia nudo pacto conſtituitur.l.ad exactionem.C.de dot. promiſ.l.1.ubi gl.& doct.ff.ſolu.matr.& 80. ſuper hoc priuilegia ſcribit Bal.Nouel.in tractat.de dote, in 6.par. Habetque multa priuilegia conſtante matrimonio, ut fundus dotalis non poſſit alienari, in l.1.& per tot.ff.de fund. dot.& 48. priuilegia conſtante matrimonio tradit.d.Bal.in 7.par. Habet etiam poſt matrimonium priuilegia, quia mulieri non poteſt obijci compenſatio, nec retentio dotis fieri.l. un.§.taceat.C.de rei uxor.act.gloſ.& doct. in d.l.1.& Bal.priuilegia dotis poſt matrimoniũ 38.deſcribit in 8.par.ibi ergo quiſque uidere poterit, ſed ob id deſcripſi remiſſiuè, ut facilè quiſque inuenire poſſit.

EPITOME.

1 *Tutor & curator quatuor maximè iurant.*

MILLEL. DCXCII.

1 Iudex † tutorem datũ cogit iurare quatuor. Primò, quòd perſonam ex bona pupilli benè & fideliter reget, & adminiſtrabit, quia perſonæ & bonis datur tutor. ſaltem ſecũdariò.§.certè.inſt.qui teſta.tu.dar.poſſ.& §.datus.inſti.de excuſ.tut. Secundò, quòd utilia pupillo procurabit,& inutilia euitabit,& rem ſaluam pupillo, ut in rub.ff.rem pup.ſal.for. Tertiò, quòd de bonis pupilli bonum & legale inuentarium faciet. l. tutor qui repertorium.ff. de adm. tut. l. tutores. 2.C.eo. Quartò, quòd de adminiſtratis loco & tempore reddet rationem bonam,& reliqua. Hæc not.in l.fi.§.omnem.C.de adm.tut. Et ita ſolet fieri & terminis ptaticantium utor. quià ſic ſolet dici.

EPITOME.

1 *Meretrici bonis interdici poteſt.*
2 *Intellectus ad l.& mulier.ff.de cur.fur.*
3 *Pœnæ meritricibus à Cæſare indictæ.*

MILLEL. DCXCIII.

1 Adest † prodigalitas famę, de qua loquitur.c.fi.de accuſ.& gl.in prooem. decret. Rex pacificus, in uerb. ſui prodigal. Unde meretrici ſecundum quoſdam interdici bonis poteſt, quia ſi perſonæ prodiga ſit, ergo & bonorũ, tex.ſing.in l.& mulieri.ff.de cur. furio. quem not. Thom. Ferrat.caut.6.& Fely. in c. paſtoralis, col.3.de iud. Unde ſi mulieri luxurioſè uiuenti ad petitionem mariti, uel conſanguineorum interdicatur bonis, & ipſa appellet, non obſtante appellatione interim curatorẽ habebit, nec alienare bona ſua interim poterit, & eſt bona cautela (ut dicunt) pro conſanguineis mulieris impudicæ, ut illi faciant ſic interdicere bonis patrimonialibus.
2 Ego tamen non uidi hoc ſeruari. Etiam † illa.l.hoc non probat, quę hoc habet (& mulieri, quæ luxurioſè uiuit, bonis interdici poteſt) luxurioſè uiuere dicitur, cum nimis precioſis ueſtibus,& alijs rebus utitur,& ſic dicitur prodiga. Nec uult ille text. intelligere de coitu, quamuis illa doct.ſententia poſſet forte ſeruari, ſi peteretur. Nam † Cæſar ſalubri cõſtitutione probroſis fœminis, quę mechantur, ius capiendi hæreditates, legataque ademit, neue lecticis ueherentur inhibuit, teſte Alexand. in li. Genial.dier.6.c.15.

EPITOME.

1 *Salarium quando peti poſſet.*

MILLEL. DCXCIIII.

1 Sed quæro † an famulo debeatur merces in initio uel in fine anni? Reſpondeo, quando pecunia promittitur alicui pro ſumptibus, magis quàm pro labore, utpote pecunia quæ datur legatis & profeſſoribus, & tunc in initio, ut ſumptus fieri poſsint, ſolutio fiet.l.legatus.§.1.ff.de legation.l.fi.C.eo.tit.lib.x. Si uerò pecunia promittatur pro labore, tunc in fine ſolutio fiet, quia ante operas exhibitas non compleuit ex parte ſua, & ſic non poterit ante petere, per leg. Iulianus.§.offerri.ff.de act. emp. Bar.in l.1.§.diuus, ff. de uar. & extraord.cogn. Nam facta ſolutione forte diſcedere poſſet famulus, uel non ita bene ſeruiret, tutus ſuis ſtipendijs. Si tamen famulus indigeat, poteſt ſingulis menſibus ſalarium petere,& tunc quia illo menſe ſeruiuit, dominus denegare non debet. Et hoc ita demum procedit, niſi aliter conuentione partium, uel ſtatuto,

tuto, ſeu conſuetudine cautum eſſet.leg.poſt duos.C.de aduo.diuerſ.iud.& alij in l. dic̄ fun ꝺo.ff.de off.aſſeſ.Bar.& Saly.in l. 2. C. locat. Vel niſi qualitas perſonæ aliud ſuaderet, utpote ſi artifex non poſſet domum facere, niſi ei ſoluatur pecunia, tunc ei ſolui aliqua pars debet.l. ſi verò non remunerandi. §.fi. ff. mand. abundè Rebuf.de priuil.ſcol.priuil.7.intellige tamen quando ſalarium iuſtum eſſet, alioqui non l.quod ſeruus.ff.de acq.poſſ.Ideo promiſſum ſalarium pro furto vel re turpi non debetur:ut ibi.

E P I T O M E.

1 *Oppoſitionis multi ſunt effectus.*

MILLEL. DCXCV.

1 OPOSITIO † multos ſolet producere effectus. Primus effectus eſt executionis ſuſpenſionem, nempe oppoſitione pendente non uendentur bona capta pro executione, donec per iudicem dicatur executionē perficiendam eſſe: quia oppoſitio ſuſpendit. l.à diuo Pio.§.ſi ſuper.ff.de re iud. ubi abundè doct. Secundus eſt deuolutionis, nam cauſa ad eum iudicem deuoluitur, qui ſententiam protulerit, ſicut doct.dicunt de appellatione, quæ habet uim deuolutiuam, in rub.de appel. in decretal.ſic is iudex de appellatione cognoſcit, contra cuius præceptum ego oppono. Tertius eſt, ut appellatione pendente iudex non debeat remouere poſſeſsionem ab opponente, imò iura omnia debent ei eſſe integra uſque ad finem cauſæ.c.cum ſuper, de re iud. Quartus eſt, quòd is iudex, qui fuit competens in principali, erit regulariter de oppoſitione, competens, doct.in d. c. cum ſuper,& in leg. quoties.C. de iud. Quintus, quòd opponens non uidetur approbare ſententiam, cui ſe opponit, ideo non poterit ſe ea iuuare, per reg.ex eo non debet quis fructum conſequi, quod nixus eſt impugnare, de reg.iu.in 6. Bar.in leg. poſt legatum.ff. de his quib. ut indig. Sextus, quòd iudex auditis partibus, & ſine alio proceſſu poteſt pronunciare executionē perficiēdam, ſicut pronuntiat ſe copetentē.c.ſignificātibus,de off.delega. glo.ult.in auth. habita.C. ne fil.pro patr. Septimus, opponens non uidetur calumniari, ſi ſtatim offerat ſe probaturū, q̄d opponit Abb. & alij in c. ſuper eo, de off. delega. Octauus, in quibus caſibus regulariter actus non ualeret opponente parte, valebit ſi pars non opponat, plura ſuper hoc ſcribit Fely.in c.inter monaſterium, col.8. num.16.de re iud. & Purp. in rubr. de off. aſſeſ. nume. 54.& ſeq. Nonus, ꝙ ſi iudex non admittat oppoſitionem, ſed procedit ad adulteriora, poterit appellari, alioqui valebit actus poſt oppoſitionem, doct.in l.edita.C.de eden.per.l. 1.C.de appell.ubi Bal.licet quidam dicat proceſſum nullum, Iaſ.& alij in l.fin.C. de codic. Bart.& alij.in l.à procedente. C.de dilat. quia ego uideor acquieſcere & renuntiare meæ oppoſitioni, eam non proſequendo. Decimus, ꝙ ſi quis non opponat illud priuilegium, quod ſibi competit, uel aliud remedium, ei uidetur renunciare. Paul.in l. ſi per errorem.ff.de iuriſd.om.iud.& refert Aym.conſ.87.Sempronius, col.2.per c.ſuper literis, de reſcript.& c. cum olim.1. de off. deleg. Interim in pratica nota iſtos oppoſitionis effectus.

E P I T O M E.

1 *Pauperi prouideri debet.*

MILLEL. DCXCVI.

1 ET † quidē iuſtè fit prouiſio pauperi, quia dicit tex.in c.pauper.11.q.3. Dum non habet quod offerat in iudicio, non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra ueritatem opprimitur, cito violatur auro iuſtitia, nullam quę reus pertimeſcit culpam, quam redimere numis exiſtimat. Et Eſaiæ. 66.c. Ad quam reſpiciam dicit Dominus, niſi ad pauperculū, & contritum ſpiritu, & tenentem ſermones meos. Et Dauid Pſalm. 10. Oculi eius ad pauperem reſpiciunt. Et paupertatem non deſpexit Chriſtus, imò illam ſummopere dilexit, tam in natiuitate quàm in morte, ut patet in euangelio. Et pauperes habent 44. prærogatiuas & 17.incommoda, quæ tradit Luc. de Pen.in l.fin.C.de his qui nu. liber.libr.10. & Iaſ.in add.ad Porc.in.§.1.inſt.quib.ex cau. man.lic.& uide Io. de Paui.cui eſt cognomen baculus paſtoralis.q.7. in fi.& Luc.in l.domini.col.1.C.de agric.& cenſ.lib.11.& l.ad ſubeunda.C. de decur.lib. 10.Roma. in rep. l.ſi uerò.§.de uiro. fall.23.ff.ſolu.matr.Alb.in dictio in uerb.pauper.facit tex.in c. gloria. 12. q.2.& alibi dicitur.

Diuitijs uti res eſt aduerſa ſaluti.
Paucos crede bonos, quos beat æris bonos.
Mollicies ueſtis, coitus, gula, uera quietis.
Poſſunt luxuriæ quatuor eſſe rotæ.

E P I T O M E.

1 *Miſerabiles perſonæ quæ ſint.*

MILLEL. DCXCVII.

1 PERSONAE † miſerabiles ſunt infraſcriptæ. Primò, uiduæ & pupilli: quia ad eorum

rum miſerandum nos inducit Deus Opt. Max. Exod. 22. c. Viduæ & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos, uociferabuntur ad me, & ego ex audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt uxores ueſtræ uiduæ, & filij ueſtri pupilli. Fely. & alij in c. ſignificantibus, de off. delegat. & Eſaiæ. c. 1. Defendite uiduam, iudicate pupillo. Intellige ſiue ſit propriè uidua, impote quia maritus eius mortuus eſt, ſiue quæ nunquam nupſit, adhuc dicitur uidua. l. malum. §. uiduæ. ff. de uer. ſign. Item uidua uocatur etiam ſi uir uiuat, ſed eſt inutilis. c. 2. de trāsl. epiſ. gl. ſing. in l. ſi plagij. C. de plag. tex. in c. uiduas, & ibi gloſ. 1. q. 2. Quod intellige uiduæ concedi priuilegia, ſi pauper ſit, & honeſtè uiuat, alioqui non Fely. in d. c. ſignificantibus, per illum tex. facit auth. eiſdem pœnis. C. de ſecund. nupt. Quia ad iſtam miſericordiam pluribus de cauſis moueri poſſumus, teſte Fabia. de Giochis in rep. auth. nouiſsima. q. 2. C. de inof. teſtam. Luc. in l. fi. colum. 12. C. de incol. li. 10. Guil. Bened. in rep. c. Raynutius, in uerb. cuidam Petr. num. 47. cum. ſeq. de teſta. Marſ. in leg. un. nu. 211. cum ſeq. C. de rapt. uirg. Secundò orphani. Dauid Pſal. 9. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Et dicitur orphanus utroque parenſe orbatus, & in quibuſdam ciuitatibus certa ſunt ipſis domicilia conſtituta, & rectores eorū uocantur orphanotrophi, l. orphanotrophos. l. omnia. C. de epiſ. & cler. & clem. quia contingit, de relig. domi. Tertiò peregrini & aduenæ. Exod. cap. 23. Peregrino moleſtus non eris, ſcitis enim aduenarum animas. quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegipti, Et Deuteron. c. 10. Facit Deus iudicium pupillo & uiduæ, amat peregrinum, dat ei uictum atque veſtitum, & facit auth. omnes peregrini. C. com. de ſucceſ. c. ſiquis Romipetas, & c. illi. 24. q. 3. ideo iſtorum cauſæ expediri ſummariè debent. Quartò puella nobilis, quæ non poteſt ſecundum eius cōditionem matrimonio copulari, dicitur pauper, & eidem poteſt prouideri, ſicut pauperi, Bal. in l. ſiquis ad declinandam, col. 2. C. de epiſ. & cler. Dec. in c. cæterum, num. 14. de iud. facit. c. ſi qui teſtiū de teſti. ubi doct. & in l. in eadem, in fin. ff. ex quib. cau. maio. Quintò mercatoribus, ſi grauentur in uectigalibus & pedagijs, ſummariè ſuccurri debet. c. ſiquis Romipetas. 24. q. 3. Inno. & Imo. in c. ſignificantibus, col. ult. de off. deleg. Sextò, publici pœnitentes dicuntur miſerabiles perſonæ, teſte Imo. in d. c. ſignificantibus. Septimò, liberti eccleſiæ manumiſsi, & qui commendantur eccleſię, & ad eam confugiunt. not. in c. Epiſcopus. 12. q. 2. & glo. in c. omnis ætas. 12. q. 1. c. liberti. 87. diſt. & cap. eos & c. libertos, ibidem. Octauò, officiales eccleſiæ, & alij ſeruientes eccleſiæ, ſecundum Imo. ubi ſupra, gloſ. in d. c. omnis ętas, in fin. Quod eſt uerum, ſi gratis ſeruiant, & ſint pauperes, alioqui contra, ut doct. not. in d. c. ſignificantibus. Nonò, infantes expoſiti inter miſerabiles computantur. c. fin. 87. diſt. l. 1. & 2. C. de inf. expoſ. Dicitur de Bart. quòd ſic fuit expoſitus, ut ipſe teſtis uidetur in l. quidam cū filium. ff. de uer. obl. ubi Iaſ. & alij ſcribūt. Decimò, ſenes & decrepiti, etiam ſi ſint diuites, Azo. in ſum. quand. Imp. int. pupil. & uid. in fi. Io. Lup. in rep. c. per ueſtras, not. 2. num. 12 de dona. int. uir. & uxor. quia teſte Cicerone. Sola ſenectus morbus eſt. Affli. decis. 257. dicit conſtitutio. Vndecimò, ceci, & mutilati membris, atque leproſi, ac debilitati. cap. 1. de cler. egro. per tot. & Alexandr. conſil. 126. in hac heſitatione, colum. 3. lib. 4. & in Speculat. Prin. rub. 23. §. ſed pone, num. 10. per Petr. de Beluge. Duodecimò, carcerati, text. in leg. ſiquis ad declinādam. C. de epiſc. & cler. Cyn. in l. fi. C. ſiquis alt. uel ſibi, Bart. in tract. de carcer. in fi. Marſ. in pra. cri. §. nunc uidendum, nume. 11. Decimòtertiò, cruce ſignati, teſtib. Imo. ubi ſupra, qui aduenæ & peregrini ſimul ſunt. Decimoquartò, qui de nouo conuerſus eſt ad fidem noſtram, teſte Inno. in c. iudei, de iude. Barb. in d. c. ſignificantibus, in fi. Io. Lup. in d. c. per veſtras. Vltimò, miſerabiles dicuntur diuturno morbo fatigati. l. ſi quis ad declinandam. §. ubi autem. C. de epiſc. & cler. Et omnes quorum natura monet nos ad miſerandum propter fortunæ iniuriam, teſte Azo. in ſum. C. quan. imp. int. pup. Et dicūtur miſerabiles quaſi miſerię habiles, Iſid. lib. 10. Ethimol. libr. 3. uide tex. in c. ex parte, ibi (ipſius miſeriæ miſerandum) de cler. ægro. Item dicebat quidam miſerabiles eſſe iſtos ſacerdotes habentes concubinam, quia miſerijs pleni pluſquam alij ſunt, quia omnia bona in eis conſumunt, inimicitias oneraque infinita patiuntur. At de iſtis non intelligimus, quia ſua culpa id non merentur. Quidam dicebat morbo Gallico affectos miſeros, relinquo illis cogitandum. Sed nec de his perſonis intelliguntur iura fauentia miſerabilibus. Sed quæ alię dicantur miſerabiles arbitrio iudicis relinquitur, ut Cy. Alb. Bar. Bal. & alij doct. in d. l. un. C. quand. Imp. auth. ad hæc, in fin. C. de uſur. & l. mulierē. C. ſi manc. ita ſurt. alien. ne proſtit. & Alb. in 1. par. ſtatu. q. 112. quid ergo, & i diction. verb. miſerabiles, Butr. Abb. & alij in d. c. ſignificantibus, & c. ad noſtrā, de iureiu. Alex. in add. ad Bar. in l. nequicquam. §. fi. ff. de off. proconſ. Guid. Pap. q. 466. quia ſecundum, & Iaſ. in l. Titiæ teſtores, columna. 5. ff. de leg. 1. Dec. in c. ſedes, in glo. mag. de reſcript. Berth. in tract. de gabel. in 7. par. q. 27.

Intellige

Intellige verum in alijs perſonis non declaratis, quia ſupra declaratæ ſunt nerè miſerabiles, & ideo non relinquitur arbitrio iudicis in illis, ſecundum Soc. in c.ex tenore, col.2.de fur.comp.& Alex. in add. ad Bar.in d.l.uni.

EPITOME.

1 *Non fauendum miſerabilibus, contra iuſtitiam.*

MILLEL. DCXCVIII.

1 NOTANDVM † etiam quòd hiſ perſonis non ita debemus fauere, ut alijs iniuſtitiam faciamus.c.ex tenore,de for.comp. ideo dicitur Exod,c.2. Eadem lex erit indigenæ & coluno, qui peregrinatur apud uos, & c.23 Pauperis non miſereberis in iudicio, uidelicet ad iniuſtitiam aliorum, & Deuter.c. 1.Quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtinctio perſonarum. Declarat Pepin. in ſermon.quadrages. ſerm.2.poſt.3.dominicam. Et alibi Hiero.ad Ruſti.epiſt.11.lib.3. Propter iniuſtitiam pauperem iudicio non defendes. Et Papa dicit, ſe priuilegiaturum iura defendere uelle: ita vt aliorum iura non perturbet. c.uolentes, de priuil.lib.6.Barba.conſ.36.ſapienter, in princip.lib.2.& conſ.46.ibidem,tex.in c.denique 14.q.5.ubi ſic dicit Ambros. Denique ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt, neutrum iuuari, quàm grauari alterum.

EPITOME.

1 *Renunciatio miſerabilium non ualet.*

MILLEL. DCXCIX.

1 SINGVLARITER figas menti † quòd priuilegium datum cauſa miſerationis nõ poteſt tolli per renunciationem à miſerabilibus factam, quia facilè & modico dato renunciarent, arg.l.cum hi. ff. de tranſ.glo. ſing.in d.l.un.quam not.Bal.in Marg.in uerb. beneficium.q.54. & in uerbor. renunciatio.q.16. Fely.in c.ſi diligenti, col.4.nume.16.de for. comp.Barb.conſ.64.ſcribitur,colum.3.lib.4. Ratio eſt, quia tolleret miſericordiã, quod eſt contra bonos mores ſecundum Fely. ubi ſupra,& Alex.conſ.122.uiſo,n.14.lib.4.& cõſ. 126.uiſo,in fi. eo.lib.Barb.d.conſ. 64.col.4.

EPITOME.

1 *Miſerabilibus perſonis prouidetur ſi ſint pauperes.*

MILLEL. DCC.

1 INTELLIGE † faciendam prouiſionem miſerabilibus perſonis, ſi ſint pauperes, aliàs non, per text.in c.ſignificantibus,de offic.deleg.ibi:(mentiẽs ſe pauperem) & ibi illum tex.not.Barbat. & Specul.in tit. de inſtr. edit.§.nunc uerò aliqua,q.63.facit tex.in c.ui duas.1.q.2.Alb.in 1.par. ſtat.q.112. Dec.in d.c.cæterum,nume.14.Purpu.in l.1.ff. de iuriſd.om.iud.Alex.conſ.122.uiſo, in fi. lib.1. Aret.conſ.97.in cauſa.licet Neuiz. in ſyl.nupt.in regul.in dub.quom. iud.ſit,dicat nõ eſſe ſine dubio, & Azo in rub.etiam tenet contra. Sed prior opinio ſeruatur.

EPITOME.

1 *Iudicati nomine quid contineatur.*
2 *Intermiſſio non diuidit uerba.*

MILLEL. DCCI.

1 LICET † poſt ſententiam ſtatim res poſſit dici iudicata, ideſt, deciſa, non tamen regulariter ulla ſententia dicetur uno nomine res iudicata à qua poteſt appellari, ut allegatur.l.litigatoribus. C. de app.quia ibi res iudicata non eſt unum nomen, ſed eſt participium, quod aliud ſignificat à nomine, ut res eſt iudicata, ideſt, per ſententiam deciſã, facit.l.& poſt rem iudicatam.ff.de tranſ.l.ſi ſeruus.§.Proculus. ff.ad l.Aquil.Si uerò dicamus uno nomine res iudicata, intelligimus à qua appellatione recedi non poteſt. Nam non intelligitur iudicatum, quando aliquid ſupereſt iudicandum, arg.l.pen.C.de his quib.ut ind. l.eum non iuſto,de colluſ.deteg.Inde ſi reſcriptum mandat, quòd aliquis teneatur parere iudicato, intelligitur ſi tranſitum ſit in rem iudicatam Rom.conſ.373.citra, ut refert Fely.in rub. de re iud.colum.1.Et propriè iudicatum dicitur quando appellari non poteſt, gloſ.in c.non ſolum,in uerb. innouata, de app.in 6. cap.ſi.in fin.de re iud.Dec.in rub.de appel.in prin.Quod eſt uerum, ſi materia conueniat, alioqui erit participium iudicatus pro deciſo, ut prædixi. Et vnum videlicet nomen, res iudicata, dicitur iuris, Alterum participium facti, arg.l.conſilio.ff. de cur. fur.l. ex hoc iure ff.de iuſt. & iu. Nam hæc participia præteriti temporis ſignificant factum præteritum, ſicut verba à quibus deſcendunt, Iaſ.in add.ad Por. in rub.inſt.de oblig.& in l.ſciendum, in prin. ff.de uer.obl.Gomes.in §.1.nu.23.inſtit.de act. Vnde aliud eſt dicere talis res fuit iudicata, & tunc eſt participium, quàm dicere res iudicata executioni debet mandari vno nomine,

2 ne,& per nomen. Nec † refragatur, quòd nō
uideatur unum nomen, ſed diuerſa: quia ali-
quando intermiſcetur unum uocabulum, ut in
rem tranſit iudicatam,& rei, uel rebus ſtandū
eſt iudicatis, uel iudicatæ.c. cum inter, & cap.
quod ad conſultationem, de re iud.l.1.C. illo
tit.Reſpon.non deſinit propterea unum eſſe
uocabulum: ſicut dicitur de iurepatronatus,
quod licet ſit unum nomen; tamen aliquan-
do miſcetur verbū.c.per noſtras,& ſeq.ibi, ius
obtinet patronatus, de iurepa. Et quòd uno
nomine dicatur resiudicata probat totus tit.
C.de re iud.& l.4.§.ſi ex conuentione, & leg.
à diuo Pio,& leg.debitoribus, & per tot.ff.de
re iudic et. leg. ſi contra, iun. leg. litigato-
ribus. C. de app. Nec obeſt tex.in l. & poſt
rem iudicatam, ff.de tranſ. vbi vocatur res iu
dicata, quando appellatum eſt, uel poteſt ap-
pellari. Reſpon. ibi participium eſſe non no-
men, ideſt deciſa, ſed non quòd ſit nomen iu-
ris, ut ſupra declaraui.

EPITOME.

1 *Sententia uenalis etiam ritè lata non ualet.*
2 *Lex contra iudices rapaces dura.*

MILLEL. DCCII.

1 IVDICES † non debent pecuniam recipe-
re pro ſententia: alioqui venalis ſententia
nullius eſt momenti, & iudex puniri debet.l.
1.& auth. ibi poſita. C. de pœn. iud. qui mal.
iud. Etiam ſi ſententia ritè prolata ſit, & aliàs
iuſta, tamen per pecuniam lata non ualet, glo.
ſing.in c.uendentes.1.q.3. quam not. Fely.in
c.licet, col.16. de prob. quia iudices gratis &
cum omni puritate iudicare debent.c.ſtatutū.
2 §.inſuper, de reſcrip. in 6. Eſt † tamen tex. in
C.Theodoſ.in rub.de off. rect.prouin. in hæc
verba. Ceſſent iam nunc rapaces officialium
manus, ceſſent inquam nam ſi moniti non ceſ
ſauerint, gladijs præcidentur. Non ſit vetulæ
iudicis uerbum, non ingreſſus redempti, non
infamet litigationibus ſecretarium: non uiſio
ipſa præſidis cum precio, æquè aures iudicātis
pauperimis ac diuitibus reſerentur, abſit ab in
ducendo eius, qui officij princeps dicitur, pre
datio ulla litigatoribus.&c.

EPITOME.

1 *Cautio ſufficiens quæ dicatur.*
2 *Iuratoria cautio an ſufficiat.*

MILLEL. DCCIII.

1 QVANDO † requiritur cautio ſufficiēs,
tunc fideiuſſores dare tenetur, & ſuffi-
cientes, aut pignora, per gl.in c.1.de ſequeſtr.
poſſ.& fruct.& in c.ex tranſmiſſa,& c.Piſanis,
de reſtit.ſpol.& c.ad noſtram. 1.de iureiur.&
2 c.ex publico, de conuerſ.coniug. Et † ſic iura-
toria cautio non ſufficeret, quia non dicitur
ſufficiēs, vt firmat glo.in c.qua fronte, de ap.
& in c.ex parte.1.de uer.ſig.clem.1.uerſ.& cū
abſoluendus, de pœn. l.pen. §. 1. ff. ut legat.
nom.cau.& nunquam remouetur ſequeſtratio
per iuratoriam cautionem, niſi quis ſatisdet,
& ita ſeruatur in palatijs teſte Alb.& Iaſ. in l.
ſi fideiuſſor. §. fi. ff.qui ſatiſd. cog.Curt.Sen.
in tract.de ſequeſtr.q.14. poſt Bar.& Alex. in
l.litibus, col.2.C.de agric.& cenſ.lib.11.Nē-
pe ubicunque ex forma legis, uel ſtatuti fide-
iuſſor eſt præſtandus, tunc non ſufficit iura-
toria cautio, licet ille fideiuſſorem non inueni
ret, quia præceptum legis impleri debet in
forma ſpecifica, Ang.in l.poſtquàm.§.Impera
tor.ff.ut lega.no.caue.vt refert Soc.in l.1.col.
ult.ff.qui ſatiſd.cog. etiam ſi eſſet notoriè di-
uès contra Paul.& alios in d. l.1. niſi aliter in
lege vel ſtatuto diceretur.l. generaliter.1.C.
de epiſ.& cler.

EPITOME.

1 *Idonea cautio quæ ſit.*

MILLE DCCIIII.

1 SI quis † idoneè cauere tenetur, vel idonea
cautio præſtanda eſſet, tunc etiam cum fi-
deiuſſoribus intelligeretur, tex.in l.4.§.adijci.
ff.de fideic. libert.l. quicunque.1.C.de omn.
agr.deſer.& l.pen.in fi. depoſ.c.Odoardus, de
ſolu.c.fi.de pig.c.quamquam, de vſur.in vi.c.
fœlicis, de pœn.ill.lib.Old.conſ. 68. nomine
cautionis, tex.iun.glo.in l. fideicommiſſa.§.ſi
hæres.ff.de lega.3.Bal. conſ. 162. caſus ſuper
quo, col.2.lib.2.& Alex. conſ. 65.lib.4.facit,
l.quamuis.ff.de pig. act.l.1.§.ſi pecunia,& l.ſi
plures.ff.depoſ.l.ſi quo.ff.de pet.hæred. Limi
ta vt per Butr.in c.vlt. de reſt.ſpol.& Alex.cō
ſil.35.uiſo proceſſu, uerſ.circa tertiam, libr.4.
Catell.Cot.i 2.par.memorab.in uerb. cautio.

EPITOME.

2 *Vſurarius non eſt bona nec ſufficiens cautio.*

MILLEL. DCCV.

1 SI quis † nellet dare vſurarium diuitem in
fideiuſſorem, non teneretur quis eum ac-
cipere, qa non eſt bona cautio.l.improbū. C.
de his q not.inf.c.quàquam, de uſur.in 6.Rip.
in c.cū.M.n.17.de conſt. Quod eſt verum in

vſurario manifeſto iam condemnato,ſecus in occulto:vt aſſerit Io.Çamp.in tract. ſuper ſtatu.de conſen.præſt.conſang.in fin.Quia licet diues ſit,eius diuitiæ durare diu non poſſunt & ſic nec bonus nec ſufficiens uidetur, doct. in d.c.quamquam,Ambrog.de Vigna. in ſuo tract.de uſur.ſed uix recuſaretur uſurarius diues & potens hodie.

EPITOME.

1 *Iuratoriæ cautioni quando ſtetur.*

MILLEL. DCCVI.

1 CASVS † in quibus non ſtatur iuratoriç cautioni ſcribit Alex.in l.1.ff.qui ſatiſdat.cog.& doct.ibi remiſsiuè, facit, l. 2.C.de uſur.& fruc.lega.licet pauper regulariter debeat præſtita cautione iuratoria admitti.l.omnes.§.in hac.C.de epiſ.& cler.glo.in c. quamquam, de uſur.in 6.Franc.in c.2.de dol.lib.6. niſi propter malos mores non inueniret fideiuſſorem, Bal.in auth. cui relictum, col.2.C. de ind.uid.toll.Iaſ.ibi,& in l.1. col. vlt. C. de procur.Catell.Cotta in 2.par.memorab.uerb. cautio cum fideiuſſore.

EPITOME.

1 *Ad curati paræciam nemo accedit cum cruce ipſo inſcio.*

MILLEL. DCCVII.

1 SIQVIS † eligat ſepulturam apud religioſos mendicantes, non poterunt ipſi cum cruce accedere ad parœciam curati, &propria auctoritate cadauer accipere, alioqui ius ſibi dicerent, contra.l.ſiquis in tantum,& per totum.C.und.ui,& hoc docet Old.conſil.82. an fratres,& Card. in clem.dudum.§.huiuſmodi, circa fin.de ſepul.Alex.Claud.in l. ſi aliquam. ff.de acq.poſſ.& in l. 1. in prin.ff.de oper.no. nunc.Curt.Iun.in l.poſtquã, col.1.C.de pac.

EPITOME.

1 *De incompetentia iudicis ſemper dici poteſt.*

MILLEL. DCCVIII.

1 IN quibus † caſibus prohibita eſt appellatio, non cenſetur prohibita à ſententia, qua aliquis ſe iudicem competentem pronunciauit,per gloſ.ſing. in clem.un.in fin.de ſeq. poſſ.& fruct.Ita conſuluit Ang.cõſ.175. Guilelmus, aliàs omnes cauſæ ad incompetentes iudices trahi poſſent, ut refert Curt.Iun.conſ. 124.maturè.nu.13.Vnde licet contra tres ſententias conformes nulla exceptio opponi poſſit,clem.1.de re iud.Tamen exceptio iurisdictionis,ſeu incompetentiæ opponi poterit,ut docet Bal.in l.exceptionem,col.ult.C. de probat.Marſ.in rep.l.fi.nu.49. ff. de iuriſd. omn. iud.Ratio eſt quia iudex eſt potiſsima iudicij pars,glo.in l.ſi procuratorem abſentem. ff.de procur. facit tex.in l.1.ibi (cui de ea re ius ſtatuendi fuerit) ff. de his qui not. infa.pro qua glo.facit tex.in l.2.§. ait prætor.ff. qui ſatiſd. cog.ubi per illum tex.Bal.ait, quòd ſi ſtatuto cauetur, vt ſententia arbitri mandetur executioni,qualiſcũque fuerit, debet intelligi,dummodo lata fuerit ab eo qui fuit arbiter,hoc firmat Barba.in d.clem.un.col.5. de ſeq. poſſ.& fruct.Iaſ.conſ.101.colum.ult.lib.3.Et ad ornamentum & elucidationem illius gloſ. & totius materiæ incompetentiæ, uide Bal.in Margar.in uerb.Iudex.q.162.& in uerb.lite mota. q.29.Abb.in c.ex parte.2. de off.deleg.& cõſ. 62.lib.2.Ang. in rub.inſt.de excep. col.3.& in §.appellantur,col.8.illo tit.Lanfr.in rep.c. quoniam,in uerb.exceptiones,col.4.& in uerbo. interlocutiones, colum. 18. de prob. Vital.in trac.clauſ.in clauſ.nulla exceptione obſtan.Alex.in l.4.§.condemnatum,col.4.ff. de re iud. & in l.de pupillo. §. qui opus,col.2.ff. de oper.no.nunc. conſ. 77. lib. 3. Anca.cõſ. 271.in fi. Barba in c. iurauit, col.3.de prob. conſ.39.lib.1.conſ.44.conſ.50.eo.lib.col.3. & conſ.13.colum. 6.lib. 2. ac conſ. 28. col. 5.ibidem,Corſet.in ſing.uerb.ſtatutum, Marſil.ſing.10.tu ſcis,Rom.conſ.42. Soc. conſil. 27.nu.8.lib.3.& conſ.87.nu. 5.ibidem,conſ. 83.col.fin.lib.4.Corn.conſ. 27.lib.1.Aretin. conſ.165.col.4. Iaſ.conſ.9.col.2.lib.3.Dec. conſ.107.& conſ.360.Fely.in cap.paſtoralis, col.3.de excep.& c.qualiter.1.de accuſ. Hinc dixit Gomeſ.in comp.utriuſque ſigna.fol.69. & ſeq.in regul.de non iud. iux.for.ſupp.ꝙ nõ ualeret reſcriptum, quo Princeps non obſtante defectu iurisdictionis confirmaret ſententiam. Quod eſt not. Aduerte ad id quod ſcribit Bal.in diſput.incip.Accuſatus,col.5.uerſic.3.requiritur, quòd iudex incompetens qualitercunque procedat,ſemper dicitur partem grauare,& non poteſt(ſecundum eum) procedere,niſi malè,allegat tex.in l.magiſteriæ. C. de iuriſd. om. iud. Vide 352 limitationes per Corſet.in reper.Abb.in uerb.fori competentia,ubi fori incompetentia in illis caſibus allegari non poteſt, & 34. caſus in quibus incõpetentiæ exceptio non opponitur, congerit Barba.in rub.de for.comp.col.3. cum ſeq.

EPITOME.

1 *Remedium.c.rintegranda, in omnibus rebus locum habẽt etiam laycorum.*
2 *Inductum cur.c.reintegranda,ſit.*
3 *Cui detur.*
4 *Concluſio libelli in reintegranda.*

MILLEL. DCCIX.

1 REMEDIVM † c. reintegranda. 3.q.1. habet locum tam in rebus eccleſiaſticis beneficijs, quàm pro rebus profanis, gloſ. & doct.in c.cum ad ſedem, de reſt. ſpol. Rip. in c.ſæpe,illo,tit.Et quamuis Abb.Imo.& multi doct.teneant in d.c.cum ad ſedem,hoc remedium non dari niſi pro rebus eccleſiæ, uel clericorum. Tamen quòd detur laycis,etiam pro rebus laycorum probat Bart. Ang. Aret.Alex. & alij in l. rem quæ nobis,. ff. de acqui. poſſ. Alex.conſ.51.uiſo,lib.1.& conſil.117. uiſo, col.4.lib.2.& conſ.200.uiſo,eo.lib.conſil.6. circa,in 2.q.lib.3.conſ.9.in cauſa,col.2.& cõſil. 94.uiſis,nu.13.lib.5.ubi iſtam ſententiam dicunt commonem,Soc.conſ.266.col.7.lib.2.Dec.conſ.252. agitur,col.1.Nam quamuis hoc remedium.c.reintegranda,fuerit ab eccleſia & eccleſiaſticis viris & pro rebus eccleſiaſticis principaliter inuentum: tamen noluerunt inuentores denegare illud remedium laycis pro poſſeſsione rerum ſuarum recuperanda, quamuis de hoc dubitet Prat. Papienſ.in for.libel.in cau. rei ſpol.in glo.1.col.penult.
2 Quia † diſpoſitio huius.c.reintegranda,inducta uidetur ratione corrigendi peccatum ſpoliationis, quæ ratio peccati etiam militat in rebus laycorum. Igitur inter laycos & in rebus ipſorum ſeruari debet, quia eſt eadem ratio.c.translato, de conſtitut. & quia nimis reſtringeretur ille tex.ſi tantum in rebus eccleſiarum,uel clericorum intelligeremus, cum
3 generaliter loquatur. Item † hoc remedium datur ei qui amiſit poſſeſsionẽ ex iniuſta cauſa.d.c.reintegranda, & debet is qui petit ſibi reſtitui poſſeſsionem,dicere ſe ex iniuſta cauſa poſſeſsionem perdidiſſe, teſte Inno.& alijs in d.c.cum ad ſedem,& in c.ſæpe, de reſtitut. ſpol.de quo plura ſcribit Soc. in d.l.rem quæ
4 nobis,ubi.12.tradit quæſtiones. Et † ſolet cõcludere actor, vt reſtituatur & reintegretur imprimis & ante omnia ad poſſeſsionem domus uel alterius rei, qua fuit ſpoliatus.l.1.& per tot.ff.de ui & ui arm.Prat. Pap.in for.libel.in cau.ſpol.poſſ.Inno. & alij in c. querelam de elect.Cano.in d.c.cum ad ſedem,& cap.ſępe. Soc.in d.l.rem quæ nobis.q.6.

EPITOME.

1 *Spoliatus tria probare tenetur.*

MILLEL. DCCX.

1 SPOLIATVS † ſaltem tria probare debet. Primò poſſeſsionem, ſcilicet quòd poſsidebat ante ſpoliationem.leg.1.§.interdictum autem hoc nulli competit, niſi ei qui tunc, cum deijceretur,poſsidebat,nec alius deijci ui ſus eſt,quàm qui poſsidet. ff.de ui & ui arm. c.conſultationibus.de off.deleg. Secundò, ꝙ fuit ſpoliatus.c.2.& ſeq.de reſt.ſpol. & in practica non ſolet adijci tempus, niſi argueretur dolus, Bar.in l.1.§.ſiue autem.ff.de ui & ui armat.& idem dicit Prat. Pap.in for.libel.in cauſa.ſpol. poſſ.in uerb. ingreſſus. Tertiò, quòd ſit ſpoliatus à parte aduerſa, uel eo mandante, aut ratum habente.c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. Nam ſi ageretur contra eum qui poſsidet,non tamen ſpoliauit,non concluditur cõtra eum,hoc probatur in c.ſæpe,de reſt. ſpol. intellige ut per Rubeũ in conſ.4.& Alci.in l. rem quę nobis.ff.de acq.poſſ.

EPITOME.

1 *Sententia poſſeſſoria exequitur non obſtante appellatione.*
2 *Intellectus ad l.un.C.ſi de mom.poſſ.*
3 *Conciliantur iura canonica & ciuilia.*

MILLEL. DCCXI.

1 APPELLATIO † non recipitur ante executionẽ in materia poſſeſſoria, probat tex.in l.vn.C.ſi de mon.poſſ.ibi(lata ſententia ſortitur effectum.) & per illum text.dicit Bart.in l.1. ff.de app.recip.ꝙ facta executione ſententiæ latæ in poſſeſſorio admittitur appellatio, licet non ante executionẽ, & pro iſta opinione facit tex.in c.ſi.§. de poſſeſsione.2.q.6.cuius verba ſunt (de poſſeſsione & eius momento,ſi in cauſa dicatur, quæ ſententia interlocutoria appellatur, quamuis prouocatio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortietur effectum)ecce ibi praticá,ut ſententia poſſeſſoria exequatur,& ſortiatur effectum ſalua appellatione, & ſine illius, preiudicio Quamuis prat.Pap.in for.app.ab interl.in uerbo in his ſcriptis circa fi. dicat,omnes contra Bar.tenere,& idẽ in for.libel.in cau. rei ſpol. in uerb.per ueſtram diffin.Iaſ.conſ.187. circa,col.6.lib.2.ꝙ cõmunis opinio eſt in contrarium,& idem tenet Dec.conſ.28.col.3.Et
2 † d.l.un.quamuis ponderetur per doctor. ibi (& integra omnis proprietatis cauſa ſeruetur) Non dicit vt integra ſeruetur cauſa poſ-

ſeſsionis, & ſic ſolum ibi referatur ius proprietatis, & ſic patet opinionem Bar. uerisſimam & probari in d. l. un. dum dicit (tamen lata ſententia ſortitur effectum, ita tamen poſſeſsionis reformationem fieri oportet, ut proprietatis cã integra ſeruet) uult dicere faciendum eſſe etiã reformationem poſſeſsionis poſt executionem: & ſic de poſſeſsione cognoſcetur, poſtquàm ſententia poſſeſſoria fuerit executioni data. Et iſtum intellectum ſequitur & commendat Abb. in c. cum ad ſedem, col. pen. de reſt. ſpol. & in conſil. 55. in cauſa, col. pen. & ſeq. li. 2. vbi dicit iſtam uerisſimã, Bal. in l. 2. col. vlt. C. de epiſ. aud. Paul. Caſtr. conſ. 39. q in ſentẽtia, lib. 1. Rip. in c. ſæpe, col. 2. de reſt. ſpol. Paris. conſil. 108. de bono iure,
3 nume. 20. lib. 1. Et † ſic conciliãtur iura canonica & ciuilia, vt à ſentẽtia poſſeſſoria ſummariſsimi (ut uocant) non appelletur quoad effectum, quia ſententia ſortitur effectum, antequam appellatio diſcutiatur. Et ita intelliguntur leges loquentes, ut nõ appelletur à ſententia poſſeſſoria, & d. l. un. Iura autem canonica, quæ recipiunt appellationem à ſententia poſſeſſoria, intelliguntur de ſententia lata ſuper pleno poſſeſſorio. Nam ab illa bene recipitur appellatio, etiam non facta executione. c. fi. de iud. c. 1. vbi gl. de cauſ. poſ. & propr.

EPITOME.

1 *Sequi conſilium an iudex teneatur.*

MILLEL. DCCXII.

1 QVAMVIS † iudex non teneatur ſequi conſilium. l. quidam decedens. §. Papinia. ff. de adm. tut. hoc tamen nõ procedit, quando ex neceſsitate legis, uel ſtatuti teneretur, alioqui legi non ſatisfieret, & quod fit contra legem nullum eſt. l. non dubium. C. de legib. Facit tex. & glo. in c. nouit, de his quę fiunt à præla. & huius ſententiæ eſt Bart. in l. 1. §. ſi plures. q. 4. ff. de exerc. act. & Io. And. in add. Specul. in tit. de requiſ. conſ. uerſ. ut autem, in uerb. conſilium, & Abb. in c. cũ olim, col. 2. uerſ. ulterius quæro, de arb. & Bal. in l. un. col. pen. uerſ. ex dicto Rofred. C. ne lic. in un. eademque cau. tertiò prouo. plenè Fely. in c. pen. de conſt. Maleret. in trac. elect. circa fi. 12. q. quicquid dicat Alber. Gand. in tract. maleſ. in rubr. de multis quæſt. depend. à ſtatut. uerſ. item pone contineri.

EPITOME.

1 *Poſſeſſor ab expenſis an releuari debeat ſuper petitorio.*

MILLEL. DCCXIII.

1 POSSESSOR † releuari debet ab expenſis, licet alius obtinuerit in petitorio, teſte Alex. conſ. 76. in cauſa. libr. 2. & conſ. 45. uiſa facti, lib. 3. & conſ. 130. uiſa, li. 5. per tex. in l. utique. ff. de rei uind. Soc. plenè conſ. 98. iuſtisſimè, lib. 4. quia iuſtè poſsidet, poſtquàm auctore prætore poſsidet. l. iuſtè. ff. de acq. poſſeſ. Sed intellige, quòd non ſolet condemnari poſſeſſor ad expenſas primi proceſſus poſſeſſorij, ſed ad expenſas ultimę inſtantiæ petitorij, nec ad fructus, niſi à tempore litis conteſtatæ ſuper petitorio, alios uerò lucratur, quia auctore prætore poſsidebat, per d. l. iuſtè, & l. cum fundus, ff. ſi cer. peta.

EPITOME.

1 *Appellatio remedium & teriaca oppreſſorũ.*
2 *Appellatio in dubio recipienda, nec eſt deſerta pronuncianda.*

MILLEL. DCCXIIII.

1 APPELLATIO † leuamen oppreſſorum non remedium malignantium eſt l. 1. ff. de appel. Hoſt. in ſum. de appel. in §. quare appellatio ſit introducta, & eſt præſidium innocentiæ. c. cum ſpeciali. §. porrò, de appel. & remedium fauorabile, & æquitatem ſapiẽs, teſte Alexand. conſ. 113. uiſo themate, col. 1. lib. 5. Nam contra uenenum iudicum data eſt teriaca appellationis, utor uerbis Bal. in l. 1. C. ſi à momen. poſſ. fuer. app. Et olim ſic ſtatutum erat (moratorias appellationes, & eas quæ ab executoribus & confeſsis fiunt, recipi non placuit) in lib. ult. Iulij. Paul. recep. ſent.
2 rub. de redd. cauſ. appel. Ideo † interpretatio fieri debet in dubio, quòd poſsit appellari, & quòd appellatio ualeat, glo. in c. ut debitus, in uerb. rationabiliter, de appel. Bart. in l. 1. col. 2. ff. nil. no. appel. pẽd. Bal. in l. de ſtatu. ff. de teſta. Et ĩ dubio appellatio admitti dẽt, Iaſ. in l. 6. ff. ſi quis caut. Dec. conſ. 28. col. fi. & in c. ſuper eodem, col. 3. de appel. Et in dubio debet dici appellationem non eſſe deſertam, quia per hoc iudex utrique parti conſuluit, Dec. conſ. 356. in cauſa, & conſ. 677. uiſis, in prin. & Iaſ. conſ. 16. dubitatur, in fi. lib. 3. Niſi eſſemus in materia, in qua regulariter appellatio non admittitur, tunc regulæ ſtare debemus Dec. conſ. 524. in fi.

EPITOME.

1 *Sententia quæ eſt nulla non eſt exequenda.*

2 *Nulla ſententia quando dici poſſit.*
3 *Sententia euidenter iniqua exequi non debet.*

MILLEL. DCCXV.

1 SENTENTIA † nulla exequenda non eſt l.4.§.condemnatumff,de re iud.Nã quoties uitioſè iudicatum eſt pro non iudicato habendum eſt.l.quoties.ff.qui ſatiſd. cog. Abb.
2 conſ.35.in cauſa,lib.2. Et † ſententia dicitur nulla, ſi petiti fuerint decem aurei,&iudex cõdemnauit ad dandum ſex,nil de alijs pronuncians; quia condemnans in parte, debet de altera non liquida aſsignare dilationem ad probandum.l.quidam.ff.ſi cer.peta.uel abſoluere ſi dilationes fuerint conceſſæ, alioqui ſententia eſt nulla.l.ſi autem.§.fi.ff.de neg.geſt. glo. & doct.in l.1.C.ſi adu.rem iud.Bertrand.conſil.151.duo reperiuntur,col.2.lib.3. Eſt etiã nulla,quando ea,quæ de ſubſtãtia iudicij ſunt ſeruata non fuerunt:quæ glo.ſcribit in l.prolatam.C. de ſent. & interloc.om. iud. & alijs modis,de quibus per doct.in d.§.condemna-
3 tum,& in c.dilectó,de appell. Similiter † ſententia exequi non debet,quando eſſet manifeſtè & euidẽter iniqua ét ſi eſſet appoſita clauſula, appellatione remota,per tex.ſing.in c.inter cæteras,de re iud.quem ſing. dicit Barbat. in conſ.44.ſcribitur,col.7.nu.11.libr.1. & in conſ.1.col.2.lib.2. & conſ.83.illud,col.7.li. 3.quòd ſententia non tranſit in rem iudicatã, ſi euidenter ſit iniqua, idem Barbat. conſil. 83.ſuppremus, col.7.lib.4 nec debet illa ſententia executioni mitti, per tex.in l.ſi pars,in prin.ff.de inof.teſta.Imò fortius ſcribit idem Barba.conſ.38.præclarè,col.7.lib.2. q ſi notorium eſt grauamen & iudex uult exequi, poteſt ei reſiſti,allegat Abb.in c.ſi quando,de offic.delega. melius facit tex.in l. prohibitum, & l.defenſionis facultas.C.de iur.fiſ. libr.10. Et dicitur euidenter iniqua, quando ex actis conſtat de illius iniuſtitia, & ex inſpectione illorũ,Bar.in l.1. in q.1.ff. de oper.no.nunc. Barb.cõſ.44.ſcribitur,col.7.lib.1. & d.conſ. 38.libr.2.col.7. Vnde commiſsio data alicui layco,vt contra clericum inquirat, eſt euidenter iniqua, & ſic nulla,teſte Barb.cõſ.45.mãdato,in fi.lib.2.per.c.at ſi clerici, de iud.

EPITOME.

1 *Ab executore regulariter non appellatur.*
2 *Si excedat modum tunc appellatur.*
3 *Vel ſi dolum committat in exequendo.*
4 *Executio non ſit ſi damnum ſit irreparabile.*
5 *Ab executione ſemel appellandum.*
6 *Cauſa grauaminis in appellatione exprimẽda.*

MILLEL. DCCXVI.

1 NON † appellatur regulariter ab executore.l.ab executore.ff.de appel.l.ab executione.C. quor.ap. non recip. Quia grauamen attribuitur iudici & non exequenti. Cũ igitur is,qui exequitur,non grauet, ab eo non appellatur.c.ſuper quæſtionum.§.1.de off.de leg.Butr.conſil.74.niſi ſtatutis, col.2. Fallit
2 primò † ſi executor excederet modum. c.non it,de appel.gloſ. in c.ad noſtram, ibidem.d. l.ab executione. Et quando dicatur excedere declarat gloſ.& doct.in c.quod ad conſultationem,de re iud.Et licet quis conſentiat ſententiæ,tamen non intelligitur conſentire exceſſui modi,uel formæ in exequendo,Bal.in d.c. quod ad conſultationem, col.2.quia defectus modi impedit diſpoſitionem legalem.leg.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uer.obl. Imò nulla cauſa eſt in mundo, in qua non poſsit appellari ab exceſſu modi,Bal.in c.licet, in fi.de off. ordin. Et non ſolum poteſt appellari, ſed etiam qui excedit facit litem ſuam.l.ſi pignora.ff.de euic. Bal.in l.3.§.ſi executor.ff.de negot.geſt.
3 Secundò † fallit, quando executor quicquàm dolo egit, vel ſi pars dolo obtinuerit ſententiam.d.§.ſi executor,Specul.in tit.de appel.§. in quibus,uerſ.quintò non appellatur. Tertiò
4 † fallit, quando damnum executione prouenienes eſſet irreparabile. l.2. ff.de app. Soc.in tract.fall.reg,26.appellare,Iaſ.in l.4.§. condemnatum, col.4.ff.de re iud.Aufr.in add.ad deciſ.Capel.Toloſ.q.54.Fely.in c.cum ſuper col. 4.nu.11.de re iud.Dec.conſ.73.præſtan
5 tiſſime. Quando appellatur ab executione † non poteſt appellari ab eodem exceſſu, niſi ſemel,teſte Ang.Aret.in d.l.ab executore, col, 3.ut refert Fely. in d.c. quod ad conſultationem,col.12.n.20.in fi.per leg.ab executore. C.quor.app.nõ recip.Ego tñ uidi ſemel & ite
6 rum appellari. Non ualeret † appellatio ab executore,ſi dicerem eũ modum in executione exceſsiſſe,niſi cauſam grauaminis nominatim,& in quo exceſſerit, exprimam, clem.appellanti,de appel. Hæc excgi ab Abb.in d.c. quod ad conſultationem,col.ult.poſt Bar. in d.l.ab executore.ff.de appel.& l.eius qui.ff.de appel.recip.

EPITOME.

1 *A pronunciatione,ut exequatur ſententia,an ſit appellandum.*

MILLE DCCXVII.

1 A PRONVNCIA † de exequendo ab ea poterit appellari,glo.& doct.in l.ab executore. ff. de appel. Ob id cautela datur: ut quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam,quòd pars faciat illam exequi ſine aliqua pronunciatione, ut docet Cepol. cautel.44. 1

not.ꝙ licet, Alex.conſ.97. uiſo themate, col. 3.lib.6.Felyn.in c. quod ad conſultationem, num.13.de re iud. vbi tradit regulam negatiuam, uidelicet ꝙ non poſsit appellari ab executione, niſi in tribus caſibus, quos ibi proſequitur; quamuis cõtrarium teneat Corn.conſ. 71.lib.1.per.l.oratio.ff.de ſponſ. licet ſit ſibi contrarius in conſ.221.lib.4. Et iſta eſt communis, ut non poſsit ab executione appellari, teſte Alex.cõſ.95. niſis proceſsibus, col.2.li. 2.tũ quia non eſſet litium finis, tum ſi nõ põt appellari ab executione ipſa facti, multo minus à pronunciatione, quæ non grauat. Idem tenet Guid.Pap.conſ.47.circa.in 1.dub. Conciliat iſtas opiniones Anan.conſ. 26. in cauſa, colum.1.quæ uerbalis potius eſt quàm realis, ideo non tenenda.

E P I T O M E.

Appellari poteſt à iudice malè ſententiam interpretante.

MILLEL. DCCXVIII.

1 QVANDO † executor mixtus ſententiam malè interpretatus eſſet, appellari poteſt. Nempe hoc quæritur an iure interpretatus fuerit.l.ab executore. ff. de appel. Vnde ſi quis Maceratæ condemnatus fuerit in decem ducatis, & executor interpretatus fuerit de ducatis Cameræ, malè dicitur interpretatus, quia conſuetudo habet hoc, ut cum loquantur ibi de ducatis intelligantur de ducatis paruis ęſtimatis Anconitanis uiginti, arg.l.numis.ff.de leg.3. facit, c.olim, de cenſib. Item ſi in ſententia quis fuerit condemnatus ad ſoluendum decem corbes frumenti pro cenſu & reliquis, poſtea corã executorẽ pars petijt reliqua ſex annorũ, & quantum ualuit illis annis, executor condẽnauit ad ęſtimationem, malè pronunciaſſe iudicauit Senatus Burdegal. ut refert Boer.q.68. quidam nobilis. Quia ſententia executioris debet eſſe conformis primæ ſententię, & non poteſt fieri executio, niſi de eo quod eſt iudicatum. leg. ab executione.C.quor.app.nõ recip.Bar.in l. eum qui. ff. de his quib. ut ind. Ana.conſil.5. Prat.Pap.in for.execu.ſent. in uerb. publico, col.2.uerſ.ſed pone, ubi ponit qualem interpretationem poſsit, & quis executor, facere.

E P I T O M E.

1 *Executor quando de ſententia nullitate cognoſcere poſſit.*

MILLEL. DCCXIX.

1 QVAERO † ſi mandetur ſententia exequenda, an èxecutor de ſententiæ nullitate, uel iniuſtitia cognoſcere poſſit? Reſpon. non, ſi eſt merus facti executor. l.executorem, & l.ſi ut proponis.C.de execu. rei iud. quia ſententia imponit finem diſceptationi, aliàs eſſet eluſoria.l.ſi prætor, ubi Bal. ff.de iud. & quia executor merus nullam habet iuriſdictionem, cum officium ſuum ſit uiliſsimum, & non dignum elegantia iuriſdictionis, dictum eſt Bal.in c.cum ſuper, col.3 de re iud.per.l.fin.ff. de iud. Si uerò ſit aliquis executor miſtus, poterit cognoſcere de exceptionibus tangentibus executionem; utpote ſi poſſeſſor dicat, quòd illa res capta non eſt illius condemnati, & de alijs, ut l.à diuo Pio.§. ſi ſuper.ff. de re iud.l. pen.ff.de confeſ. Si autẽ exceptio tangat negocium principale, utpote, quòd ſententia eſt iniuſta, forte ex falſis inſtrumẽtis lata, uel aliàs, cognoſcere executor non poterit. c.decętero, de re iud. Bar.& doctor.in d.l.à diuo Pio.§.1. Nam quicunque ſit iudex, qui ſententiam exequitur, non poterit cognoſcere, an primus iudex eam iuſtè tulerit, uel iniuſtè, habendo reſpectum ad ius litigatoris, uel ad propoſita & probata coram eodem iudice, cuius exequitur ſentẽtiam, ſed de nullitate ſententię & alijs exceptionibus à iure permiſsis, quæ contra ſententiam opponi poſſunt, cognoſcere poterit parte uocata, & inde pronunciare, an ſententia ſit exequenda uel non, ita ſeruatur, ut ſcribit Guid. Pap. q.574.an iudex. Etiam ſi ſciat illam iniuſtam exequi debet.c. paſtoralis.§.quia uerò, de off. delega. Cognoſcere.n.quid ſit pronũciatum; non quid pronunciari debuit, poteſt, Bal.in d.c.cum ſuper, col.ult. Quod non procedit, quando iudex ille eſſet ſuperior iudicis requirentis, tunc poterit cognoſcere, & illam ſententiam annullare, teſte Io. Fab. in l.ſatis.C. de falſ. Quod uerum arbitrarer; ſi is per uiam appellationis cognoſceret, alioqui uix cognoſcere poſſet & annullare, niſi eſſet Curia ſuprema, quę ſuper alias iuriſdictiones nolat, uel niſi appareret de iniuſtitia ex tenore ſententiæ, teſte Inno.in c. 1. de off. ordin. Iacobi. in l.ſi prætor, in prin.col.2.ff.de iud.

E P I T O M E.

1 *Procurator ad agendum non poteſt exerutionẽ petere, nec in ea cõparere, nec appellare.*

MILLEL. DCCXX.

1 PROCVRATOR † datus ad agendum, nõ cenſetur conſtitutus ad executionẽ ſentẽtiæ peten-

petēdā, nec ei ſolui poteſt.l.ſed ſi tātum. ff.de
pac. l. hoc iure.ff.de ſolut.hoc expreſsim tra-
dit Roma.ſing.639.procurator. Et procurato
ri, ad hoc vt poſsit appellare ab executione,
requiritur mandatū ſpeciale, & in indiuiduo
Ang.Aret.in l.ab executore,col.4. ff. de app.
vt refert Fely. in. c.quod ad conſultationem,
nu. 21.ff.de appel.alioqui poſſet facere, vt in-
cideret dominus in pœnam 50. aurorum ſta-
tutam in l.ab executione.C.quor.app.non re
cip.quod non poteſt facere procurator, teſte
Bar.per illum tex.in.l.ſi procurator.ff.de cōd.
ind. nec ſufficeret mandatum ad lites & cau-
ſas, Bar.in.l.qui bona.§.ſiquis. ff. de dam.inf.
Et procurator datus ad iudicia non poteſt cō-
parere in executione, nec eam impedire: quia
ſua poteſtas eſt finita per ſentētiam, Domin.
in.c.1.§.fi.col.1.de excep.in.6.

EPITOME.

1 *Quomodo executor excedens mandatum tene tur iniuriarum.*

MILLEL. DCCXXI.

1 EXECVTOR † excedens mandatum te-
netur actione iniuriarum, Guid.Pap.q.
293. Aufr. in add. ad.q. Tolos.deciſ.397. Et
quamuis iuris executio iniuriam non habeat.
l.iniuriarum.§.1.ff.de iniu.ſi tamen executor
fines mandati excedat, non eſt executio iuris,
ſed iniurię illatio.l.ſi iniuriæ.ff.de iniu. Vnde
Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.q.23.ff. de off.
proconſ.ait, quòd iudex, qui fecit executionē
iniurioſam contra effectum iuſtitiæ, vt quia in
vindictam partis fregit lectos, vel culcitras ca
ptas, & tūc facit litē ſuā.l.lectos. ff.de peri. &
com. rei vend. Si verò fecerit contra iuſtitię
modum, ideſt ordine pretermiſſo, ſi per hanc
executionem paſſo aliquid adeſt, vt liberatio:
& tunc executio non retractatur, per.l. vlt.in
fi.ff.quod met. cauſ. executor tamen tenetur
iniuriarum, ſi dolo fecit: ut concludit Paris de
Put.in tract.ſynd.in uerb.executio. Si verò p
executionem paſſo nihil adeſt: debet retracta
ri executio facta, per.l.ſi cum nulla. ff. de re
iud.& l.minor. ff. de euict. & iniurioſa exe-
cutio retractatur, ſi facti qualitas patitur.l.2.
§. graui. ff. de adm. rer. ad ciui. pertin. l. à
Diuo Pio.§.ſi ſuper. ff. de re iud. c. ex literis
de pign.

EPITOME.

1 *Ab interlocutoria inferente grauamen reuocabile in diffinitiua non poterit appellari.*

MILLEL. DCCXXII.

1 DE iure ciuili non † poteſt appellari ab
interlocutoria, ſi grauamen in diffiniti
ua poſsit reparari.l.2.ff.de appel.recip. & .l.
ante.C.quor.appel.non recip.& ibi doct. Nā
appellatio tunc videtur fruſtratoria: quia iu-
dex appellationis à diffinitiua poterit reuoca
re grauamen. Etiam vt compeſcatur temeritas
litigantium, & ſatagentium impedire proceſ-
ſum.c.cum appellationibus, &.c.fi. vbi glo.de
app.in.6. Et cauſa abbreuiandarū litium, & vt
intra terminum lis poſsit finiri, iux.l.properā
dum.C.de iud.& ne lites in infinitum exten-
dantur.l.apertiſsimi.C. eo. tit. & ne ſint im-
mortales.d.l. properandum. Et quia non eſt
transferenda iuriſdictio in alium: cum duret
iudicis poteſtas uſq; ad diffinitiuam, poſtea
deſinit eſſe iudex, quia functus eſt officio ſuo:
alioqui ante iniuria afficitur, teſte Bal. in c.
cum olim, col.2.de elect. Ob id Cano.cum nō
finiatur inſtantia triennio. c. venerabilis, de
iud.ſecundum unum intellectum, introduxe-
runt propter æquitatem & iuſtitiam, ut omnis
grauatus, & iniuriam paſſus appellare poſsit.
c.vt debitus, de appel.&.c.1.illo tit.in vj.Bal.
in.l.2.col.2.C.de epiſ. aud.

EPITOME.

1 *Grauamen quando dicatur irreparabile, vel non.*

MILLEL. DCCXXIII.

1 SI quis † appellaret ſuper carcere, vel tor-
tura, admitti debet appellatio: quia graua
men eſt irreparabile in definitiua.l.2.ff.de
app.recip.glo.in uerb.ipſo iure, in clem.1.de
hæret.& doct.in.c.ſuper eo, de appel. abundè
Specul.& poſt eum Io.And.in add.in titu. de
appel.§.in quibus, verſ.ſed nunquid poteſt ab
interlocutoria, Guid.Pap.q.75.ſed circa. Si-
militer irreparabile dicitur, quando compel-
litur ad factū, videlicet procedere teneatur, vel
aliud facere, doct.in l.quod iuſsit.ff.de re iud.
Idem cum tangit factum principale, uel ſub-
ſtantiam negocij.l. intra utile. ff. de minor.
doct.in.l.is cui bonis.ff.de uerb.oblig.l.2.C.
ut lit.pend.l.1.§.ſi quis tutor. ff. quand. app.
ſit.l.1.C.de proc.ubi doc. Idem ſentētia ſuper
legitimatione perſonę dicitur continere gra
uamē irreparabile. teſte Bal.in Marga. in uer.
ſententia.q.8.Guid.Pap.q.52.l.arbitrio, &
ſeq.ff.q ſatiſd.cog.l.ait prætor.§.pmitit.ff.de mi
nor. Præterea quando interlocutoria meretur
executionem: vtpote ſi partes cogantur face-
re compromiſſum, Barba.conſ.85.illud in me
dium,

dium,col.pen.li.3.Idem ſi iudex pronunciet teſtes admittendos uel nō, ſic cōſuluit Corn. conſ.35.circa primum,in prin.lib.1. Idē quādo alia non expectatur ſentētia, vtpote ſiquis pronunciet ſe iudicem competentem,uel incompetentem.c.ſignificantibus,de off.deleg. l.ait prætor.§.permittitur.ff.de mino. glo.in auth.habita,in ſi.C.ne fil.pro patr. Abb.in c.ſuper eo.2.not.2.de app. Saly.in.l.pen.C. quor.app.non recip. Intellige etiam ſi perfectè grauamen non poſsit reparari in diffinitiua,quin aliquid faciat præiudicium.l.1.§.quæſitum.ff.de appel.Cętera proſequere ut per Bar.in.l.2.ff.de app.recip.Bal.in.l.2.C.de epiſ.aud.Fely.in.c.accepimus,de fi.inſt.

EPITOME.

1 *Ab interlocutoria ſupplicatur Principi.*

MILLEL. DCCXXIIII.

1 SI ex † forma ſtatutorum iudex poſsit uſq; ad diffinitiuam procedere non obſtantibus appellationibus ab interlocutoria, tunc poterit Superior adiri per uiam ſupplicationis,quam ſi Superior admittat, & inferiori inhibeat,de illa interlocutoria cognoſcet,iux.l. ſiquis aduerſus,& auth.quæ ſupplicatio.C.de pręc. Imper. offer. hoc expreſsim tradit Prat. Papię.in for.ſent.Interloc.ab in comp.iud. in prin. & Barba. in conſ.85.illud in medium, col.pen.lib.3.

EPITOME.

1 *Coacceruatio ſummarum an fieri debeat.*

MILLEL. DCCXXV.

1 IVDEX † habens iurisdictionem limitatam puta ad 20. aureos condemnauit aliquem pro emptione frumēti ad 20. pro emptione vini ad alia 20. vna ſententia:an poterit exequi?Videtur ꝙ nō,quia excedit ſummam taxatam, ergo &c. Nēpe facta coacceruatione erūt 40.ergo excedunt ſummā,per.l.ſi idē.ff.de iuriſd.om.iud. In cōtrariū videtur,quia tot ſunt ſentētiæ,quot ſunt capitula.l.ſcire debemus. ff.de ver.obl.l.quid tamen, in prin. ibi (quaſi ſint plura cōpromiſſa)ff.de arb.gl.in l. etiam. §.ex cauſa.ff.de minor.l.quædam.ff.fam.erciſ. vbi Bal.c.Raynutius,&.c.Raynaldus,de teſta. ergo quęlibet poteſt exequi.Item non fit coacceruatio qñ impediretur iurisdictio p coacceruationē,ſecus ſi faueretur iurisdictioni.l.ſi quis ſeparatim.§.1.ff.de appel.&.d.l.ſi idem, Bar.in.l.vbi fideiuſſor.ff.de ſolu.&.l.ædiles.2.§.ſi forte.ff.de ædil. edic. Item vbi reſultat odiū,& iuriſdictionis excluſio,coacceruatio ꝓhibetur.l.maiorē,cū.l.ſeq.ff.de pac.iun.d.l.ſi idē,facit.l.ſi libertus minorē.§.ſiquis plures. ff.de iur.patr.Secus ſi fauor.c.apoſtolicæ, in ver.ſemel aut ſucceſsiuè, de dona.ſic cōſuluit Alex.cōſ.113.viſo themate,& conſ.97.lib.6. Dec.cōſ.344.applaudēt,in fi.Rebuf. in concord.Frāc.tit.de mād.apoſt.§.1.gl.ī uerbo decem.

EPITOME.

1 *Impoſitio mulctæ infamiam non inducit.*

MILLEL. DCCXXVI.

1 NOTA † quòd impoſitio mulctę non inducit infamiam,ſed inſaniam,gl. ſing. in l.1.C.de mod.mulct.Aufr.in add.q.Capel. Tolos. deciſ.274.vbi dicit ſe uidiſſe declarari per ſenatum Toloſanum.Et ad materiā multę vide vtilia quædam collecta per Iacobi.l.ſi filiusfa.col.2.ff.de iud.Bal.in.§.iudices, in tit. de pac.ten.& iur.firm.in vſib.feud.

EPITOME.

1 *Intellectus ad.l.nemo.C.de dign.lib.12.*

MILLEL. DCCXXVII.

1 PER † tex.in.l.nemo,in fi.C.de dign.lib.12.not.Rom.ſing.805.dicit, quòd licet officium procuratoris ſit vile,tamen Principe mādāte efficitur nobile,Boer.deciſ.222. Tamē quia ſunt quędā vaſa facta ad ignominiā, quędā ad honeſtatē: vt teſtatur diuus Paulus; ita in officijs regijs officia ad ignominiā non nobilitant hominem,quicquid dicant doct.in cōtrariū.Et illa.l.nemo, loquitur de ſenatore: ideo apparitoris, vel carnificis officium non eſt nobile,ēt ſi à Principe cōcedatur:ſed Senatoris officium dignitatē cōfert habēti. Et ſic debet intelligi illa.l.nemo, malè hactenus intellecta.

EPITOME.

1 *Sententia nulla à partibus probata non meretur executionem.*

MILLEL. DCCXXVIII.

1 SENTENTIA † nulla exequēda non eſt; Bal.in c.ſup quęſtionū,col.3.&.c.cum in iure,col.3.de off.deleg.& cōſ.216.li.4.Marſ. in cōſ.43.omnis dubitatio:Et ſententia arbitralis, licet aliās ſit executoria per ſtatutum, tamen ſi ſit nulla,non debet exequi, etiam ſi de partium conſenſu confirmata fuerit: vt cōſuluit Dec.conſ.499.in cauſa, in fi. quia non pōt approbari vt ſentētia, ſed vt pactū,glo.in

l.2.

l.2.C.com.utr.iud.Bar.in.l.vn.C.qui pro ſua
2 iuriſd. Not. † tamen quòd ſi iudici, coram quo de nullitate agitur, conſtet, illam ſententiam fuiſſe aliquam, debet illam confirmare, & exequi facere, Bar.in.l.1.C. quand. prouo. non eſt neceſ. Alex. conſil. 181.in cauſa, col. fi. libr. 6.

EPITOME.

1 *Sententia quam pars iniuſtam confitetur, non debet exequi.*

MILLEL. DCCXXIX.

1 SI pars † quæ obtinuit ſententiam confiteretur eam iniuſtam, non debet tunc exequi, cum corrigi poſsit. Inno. in c. quia plerique, colum. 2. de immu. eccl. per tex. in. c. 2. de purg. vulg. Et eo caſu pars, quæ pro ſe habet ſententiam, poteſt compelli per cenſuram ecclesiaſticam, vt parti victæ faciat liberationem, Iaſ. in rep. l. admonendi, col. 16. nu. 46. ff. de iureiu. Rebuf. in rep. l. quod iuſsit, num. 138. ff. de re iud.

EPITOME.

1 *Falſa ſententia non eſt exequenda.*

MILLEL. DCC XXX.

1 QVANDO † ſententia eſſet falſa, exequenda non eſt. c. 2. de crim. fal. vbi Papa commendat epiſcopum, qui ſententiam auctoritate falſarum literarum latam noluit mandare executioni. Barba. conſ. 43. præclarè, col. 7. lib. 1. Quia falſa ſententia non eſt ſententia, ſicut falſus denarius non eſt denarius, glo. ſing. in l. omnes. C. de hæret. Alex. in add. ad Bar. in. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. act. glo. in c. uera iuſtitia, diſt. 45. Intellige quando in promptu conſtaret de falſo, ſecus ſi altiorem requireret indaginem, quia tunc interim exequi poſſet per modum prouiſionis. l. 2. C. de falſ. Quia in executione, quæ eſt ſummaria, non admittũtur exceptiones requirentes altiorem indaginem. l. 3. §. idem. ff. ad exhib. Alex. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel.

EPITOME.

1 *Tacitè quando euocatio fiat.*

MILLEL. DCCXXXI.

1 NOTANDVM eſt † quòd ſi pars in ſupplicatione peteret euocari cauſam: & poſtea Papa, aut Princeps ſignet illam ſupplicationem, & dicat. Audiat talis, & citet, vt petitur, videtur Princeps ſe ad partis petitionem referre. l. ſi defenſor. ff. de interog. act. Et ſic videtur cauſam euocare. Et in literis poſtea exprimi debet verbum euocamus. c. inter dilectos, cir. fi. de fid. inſtr. ſic conſuluit Gemin. conſ. 47. ſupplicatur parti, ſequitur Paul. cõſ. 253. ad confirmationem, lib. 1. & Dec. conſ. 137. & diligenter, col. 3. verſ. tertiò principaliter. Et per illa verba (audiat talis) tacitè reuocata cenſetur à primo cauſa, vt firmant. D. de Rot. deciſ. 67. ſi petatur, in nouis.

EPITOME.

1 *Peti euocatio à parte ſolet, iudici à quo intimanda.*

MILLEL. DCCXXXII.

1 AD † petitionem partis etiam euocatio fieri poteſt quando pars Principi ſupplicat, uel alteri, qui euocare poterit; & tunc conueniunt doct. ante euocationis intimationem factam, iudicem à quo poſſe cognoſcere, per. c. audita, &. c. vt debitus, de appel. &. c. gratum, de off. delega. hoc probat Arch. in. c. is qui, de proc. in. 6. Bal. in. l. mandatum, col. pen. verſ. & not. C. man. Prepoſ. in. c. ſuper eo. 2. not. vlt. &. c. ſi duobus, de appel. facit. c. 2. de off. deleg. hoc firmat Bal. in. l. 1. C. vt lit. pend. & Dec. conſ. 295. in cauſa, col. 2. Facit
2 † tex. ſing. in. l. ſi fortè. ff. de off. præſid. ſecũdũ Rom. ſing. 57. fuit quæſtio, vbi concludit ualere collationem beneficij factam per primum Vicarium, antequàm ipſe ſciat reuocationem eſſe factam, idem tenet ſing. 566, quòd. l. ſi fortè, & eum ſequitur Cald. in conſ. 4. de off. deleg. per glo. in. l. tribunus. ff. de teſta. mil. quã ſequitur Iaſ. in. l. more maiorum, nu. 8. ff. de iuriſd. om. iud. Nec ſufficeret quòd utraq; pars ſciret, ſed oportet quòd illa euocatio ſit nota iudici à quo, arg. l. hæc autem. §. non defendit. ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. Facit quod not. Bar. in. l. multum. ff. de cond. & dem. Card. in clẽ. quia contingit, in. 3. oppoſ. de relig. dom. Poteſt. n. aliquid eſſe notorium, & tamen non cõſtabit iudici, & tũc requiritur probatio, vt fiat notorium iudici: vt pulcrè conſuluit Dec. conſ. 29. in cauſa, col. 2. in 2. dub.

EPITOME.

1 *Superior euocat cauſam ab inferiore habente iuriſdictionem ab eo.*
2 *Quid tamen facere debeat per appellationem contra inferiorem.*

MIL-

MILLEL. DCCXXXIII.

1 TVNC † Superiorem poſſe cauſam euo-
care ab inferiore, quando idem habet iu
riſdictionem ab eo, alioqui non: vt docet Bal.
in l. 1. in fi. C. de iuriſd. om iud. in. c. 1. col. 3.
de allodijs, & Calcan. ſic conſuluit conſ. 8. in
cauſa, col. 10. & conſ. 16. nu. 90. Curt. conſ. 2.
2 vaſallus. Poterit † tamen Superior per appel-
lationem, licet non poſsit euocare, præcipere
inferiori, vt intra certum tempus cauſam de-
cidat, & definiat, per. c. irrefragabili, de off. or
din. Iacobi. in tract. de feud. in verb. uicarinſ-
que perpetuus, & Abb. in. c. nullus, de iurepat.

EPITOME.

1 *Princeps an ſine cauſa euocet.*
2 *Impediens ſubditos ad Principem ire læſæ ma-
ieſtatis crimine tenetur.*
3 *Iuramentum de non impetranda diſpenſatione
non ualet.*

MILLEL. DCCXXXIIII.

ALBER. & Iacobi. in. l. iudicium. ff. de
1 iud. concludunt † & Iacobi. in tract.
feud. uerb. vicarius, col. 1. Principem cum cau
ſa, vel ſine cauſas in iudicijs quibuſq; penden
tes euocare poſſe. Quia vani capitis eſt Supe-
riorem non poſſe præcipere, nec euocare ſine
cauſæ cognitione: vt inquit Inno. in. c. ad au-
res, de temp. ord. per tex. in c. quia frater. 7. q.
1. & Barba. docet in. c. ſi quando, per illũ tex.
col. 2. de reſcrip. Et quòd Rex Franciæ cauſas
in parlamento Pariſienſi pendentes euocare
poſsit, conſuluit Iaſ. conſ. 144. circa primum,
in. 1. q. lib. 2. Sed ſicut Princeps non debet ali
cui auferre dominium ſine cauſa. l. 2. C. de
precib. Imper. offer. ita nec propriam iuriſdi
ctionem. l. qui furere, ff. de ſta. hom. Bal. in l. 1.
col. ult. ff. de conſt. prin. alioqui inſtar pueri
eſſet, qui nunc daret, & ſtatim auferret. Nec
valeret conſtitutio Curiæ, ſi diceretur, nullam
debere impetrari euocationẽ, niſi cauſas Cu
riæ oſtenderit, & Curia admiſerit, aliter decer
nebat euocationem nullam, & partem mul-
ctandam. Quia iuri Principis derogaret, & in-
ferioris conſtitutio contra legem Superioris
2 non ualet, clem. ne Romani, de elect. Imò †
qui impediet ſubditos, ne ad Principem irẽt,
crimine læſæ maieſtatis irretiretur: vt firmat
Luc. de Pen. in. l. vn. col. 10. cum ſeq. C. vt ne-
mo ſuſcip. ad ſuum patr. ruſtic. lib. xi. Et iudi-
ces ſeculares & alij impedientes clericos ad
forum eccleſiaſticum accedere, uel literas à iu
dice ſuo impetrare, ſunt excommunicati per.
c. quoniam, de immu. eccleſ. in. 6. & in bulla
3 cænæ Domini exprimitur art. 13. Et † ideò iu
ramentum de non impetrando diſpenſatio-
nem, vel de ea impetrata non vtendo, non va
let: quia ius Superioris ſemper cenſetur ex-
ceptum. c. uenientes, de iureiu. Fely. in c. cęte
rum, de reſcript.

EPITOME.

1 *In reſcripti impetratione non citatur pars, ſed in illius comprobatione.*

MILLEL. DCCXXXV.

1 REGVLARITER † in reſcripti impe-
tratione non eſt citanda pars, etiam ſi
reſcriptum ſit præiudiciale parti. l. quoties. C.
de preci. imp. offer. Specul. in tit. de lapſ. & di
ſpenſ. §. qualiter autem. verſ. quibus autem, in
fi. per. l. 2. §. ſiquis à Principe. ff. nè quid in lo.
pub. Quamuis contrarium tenuerit Barba. in
conſ. 43. præclarè, col. 18. lib. 1. Dec. in c. cæ-
terum, col. vlt. de reſcrip. ac Soc. in rub. ff. de li
be. & poſth. Sed praxis quotidiana ſeruat pri-
mam opinionem, vt non requiratur citatio.
In uerificatione & approbatione illius ſolet
citari pars ad uerificandum illam clauſulam,
ſi preces ueritate nitantur. l. fi. C. ſi con. ius.
c. 2. de reſcrip. Ideo ſolet in reſcriptis deſcri-
bi, ſi vobis conſtiterit vocatis vocandis, de prę
miſsis &c. per tex. in c. exhibita, de iud. Bellã.
deciſ. 85. ſi executor Dec. conſi. 173. viſo pro
ceſſu, & conſ. 233. viſo tenore, & conſ. 275. vi
ſo tenore.

EPITOME.

1 *Acta ante euocationem facta valent.*

MILLEL. DCCXXXVI.

1 VALENT † acta ante euocationem
facta, nec Princeps illa acta iure facta
reuocare ſolet, ſed valebunt, ſi iure facta ſint:
vt firmat Imo. in c. intimaſti, de appel. & Bal.
in l. ſolent. §. ſicut. ff. de off. proconſ. Sic quan-
do cauſa ad ſuum remittitur iudicem, non re-
uocantur acta antea legitimæ facta, per tex.
in. l. cum antem, in fi. C. de arb. & l. iubemus.
C. de liber. cauſ. Barba. in c. cauſam quæ, de te
ſtib. & tex. ad hoc ſing. reputatq; in. c. audita,
de reſtit. ſpol. quòd ſi Papa mandet aliquid re-
uocari non intelligitur de rectè geſtis. Et hoc
ſequitur Nicol. Milius in uerb. reſcriptum. q.
26. & Iaſ. conſi. 213. col. ult. lib. 2.

EPITOME.

1 *Euocatio odioſa.*

MILLEL. DCCXXXVII.

1 OMNIS † euocatio odioſa, ergo reſtringenda.l.cum quidam.ff.de lib.& poſth. reg.odia, de reg.iu.in.6.Bal.conſ.pen. lib. 5. tum quia tollit preuentionem.l.ſiquis poſtea. ff.de iud.c.propoſuiſti, de for.comp. tum etiã quia tollit illud, de qua re cognouit iudex, de ea pronunciare debet.l. de qua re, de iud. Inno.in c.ex literis, de off.deleg. Nec videtur voluiſſe Princeps inſcius præiudicare proceſſui agitato inter partes, ut aſſerit Bal. in l. falſus, col.7.uerſ.nunc uidendum.C.de furt. Nã hoc cedit in contumeliam illius iudicis, qui iam de cauſa cognoſcere cœperat, per.l.litigatores.ff.de.arb.

EPITOME.

1 *Pendere litem in euocationis reſcripto exprimi debet.*

MILLEL. DCCXXXVIII.

1 SI † litis pendentia in euocationis literis non exprimatur: quia uerisimile eſt, quòd ſi Princeps litem pendere ſciuiſſet, & coram quibus, cauſam non euocaſſet. c. inter, de re iud.c. vt debitus, de appel. c. ſuper eo, de cohab.cler.& mul. Dõc.in c.cęterum, de reſcrip. Bal.in l.fi.C.de relatio. Barba.conſ. 9. præclarè, col.1.lib.2.Fely.in.c.ſuper literis, col.7.de reſcrip.uerſ.6.regu.10.Lup.in rep. c. per veſtras, not.4.de dona.int.uir.& uxor. Et idem diceremus, ſi alia tacita uel expreſſa ſunt, quę potuiſſent mouere concedentem ad denegandũ dictam euocationẽ.c.ſuper literis, de reſcrip. vbi plenè iurium interpretes, vel ſi de leui hoc Princeps non conceſſiſſet. c. poſtulaſti.in fi. eo. tit.

EPITOME.

1 *Poſt euocationem cauſa non redit ad primum iudicem.*

2 *Si executor detur ad conferendum, ordinarius conferre non poterit.*

3 *Vicarius epiſcopi an poſt confirmationem reuocari poſſit.*

MILLEL. DCCXXXIX.

1 NVNQVAM † cauſa redit ad illum iudicem à quo euocata eſt, ſine remiſsione Principis uel Superioris, teſte Henr. Boich in c.vt noſtrum, de appel. Ideo ſi cauſa à Principe committatur decidenda alicui, & ille moritur, non redit ad ordinarium, nec amplius de ea cognoſcet, per tex. ſing. ſecundum Bal. ibi col.2.in.l.ſi ut proponis.1.C.quom. & quan. iud.facit.c.paſtoralis.§.1.de off.ord. Doct.in. c.inter dilectos, de excеſ.prælat. Abb.conſ.6. in quęſtione, col.2.lib.2. Anca.conſ. 58. circunſcriptis, Rom. conſ. 335. circa primum, col.2.Dec.conſ.137.& diligenter, col.2. Itẽ ſi delegatus proferat ſententiam nullam, Bal. in.c.1.col.3.de allod.in uſib.feud.& in.c.paſtoralis.§.fi.de off.ord.Rip.in.c.cum. M. cir. fi. de conſt. Quod intelligo, quando res non eſſet integra, quia iam ille cœpiſſet cognoſcere, cui cauſa commiſſa fuit, Saly.in d.l.ſi vt proponis, Perus.in d.c.vt noſtra, in fi. Si verò non cœpiſſet cognoſcere, ne detur ei, qui delegationem impetrauit, malignandi occaſio: ęquũ & iuridicum eſt, vt ordinarius poſsit cognoſcere, per.l.fi.§. illud.C.de temp.appel.& Saly.in.d.l.ſi vt proponis. Et maximè ſi non fuit intimata iudici cognoſcenti, uel ei fuit notificata, ſed non factum præceptum, vt amplius de cauſa non cognoſceret. Nam poſt præceptum difficile eſt, vt is cognoſcat, ſi Princeps ad eum illam cauſam non remittat, vel alius poteſtatem habens. Item † ſi Papa det executorem ad prouidendum de beneficio, uel prouidet, uidetur adimere facultatem ordinario,
2 ne conferat: & ſi executor malè prouideat, ad Papam deuoluitur collatio, c.ſi capitulo, &.c. ſi ſoli, de conceſ.præb.in.6.& ibi not. ſic conſuluit Ancã.d.conſ.58.& Rom.conſ.335. colum.2.uerſ.cęterum, Rebuf.in concord.Frãc. de nomin.Reg.§.1.in glo.intra ſex menſes, &
3 in tit. de collat. §. ſiquis uerò. Idem † ſi Papa conſtituat Vicarium in epiſcopatu, nam uidetur prohibere epiſcopo, ne illum remoueat, & alium deputet: ut docet Butr.in c.nouit, de iud.citat Rip.in.d.c.cum. M.

EPITOME.

1 *Poſt euocationem iudex à quo nihil poteſt facere.*

MILLEL. DCCXL.

1 QVICQVID † fit poteſt euocationem ab illo à quo eſt cauſa euocata, etiã in acceſſorijs eſt nullum.c.vt noſtrum, ſecundum verum intellectum, de appel. Quia Princeps euocando uidetur omnem iuriſdictionem ab illo quoad illam cauſam adimere, vt ibi, & not. in.c.conſtitutis, illo tit. Aufr.in add. Capel. Tolos. q.480. Ideo poſſeſſor lite euocationis pendente non poterit uti ſua poſſeſſione: & ſic limitatur.c.1.vt lit.pend.&.c.ſi conſtiterit, de accuſ.facit.c.laudabilem, ut lit. pend. Intelligendum eſt, quando fieret utendo

do præiudicium negocio principali, iux.c.ſi à ſede, de pręb.in 6. Inno.in c.in præſentia, colum.2.de probat.

EPITOME.

1 *De conſenſu partium iudex à quo poſt appellationem cognoſcit, ſecus poſt euocationem.*

MILLEL. DCCXLI.

1 POST † euocationem emiſſam iudex à quo etiã de cõſenſu partiũ nõ poteſt ſine expreſſa remiſsione de cauſa ſe intromittere: vt aſſerunt. D. de Rot. deciſ.76. poſtquàm litera, in no. Præpoſ.in.c. vt noſtrum, de appel. Ne Superiori illudatur.c.bone.2.verſ. nec ob ſtabat, de poſt.prælat. Intelligo poſtquàm erat ĩtimata, vel erat appoſita clauſula irritãs, Iaſ. & Dec.in.l.pacta quę contra, col.2.C.de pac. Sed contrarium eſt in appellatione, poſtquàm iudex de partium conſenſu cognoſcit, per.c. interpoſita.§.ille.de appel. ç.ſi à iudice, ibidẽ, lib.6.

EPITOME.

1 *Sententię executioni mittuntur pendente proceſſu reſtitutionis.*

MILLEL. DCCXLII.

1 SENTENTIAE † realiter & de facto executioni mitti debent, etiam ſi nullæ allegarentur, Boer.deciſ.79.tertius opponens. Et ſic iudicati executio non ſuſpenditur, etiam ſi falſis inſtrumentis iudicatum fuerit. Niſi euidenter conſtaret de iniquitate ex inſpectione ſentẽtiæ, uel pars incõtinenti eſſet parata per aliud inſtrumentum probare, tunc ſtatim pronunciari poterit ſuper literis reſtitutionis.l. ſatis apertè.C.de falſ.Bal.conſ.440. præmiſſis, 2.dub.lib.4. Paul. conſ.257. in cauſa quæ uertitur, col.2.li.2.allegat Bar.in.l. ſi prætor. §. Marcellus, in fi.ff.de iud.& in.l.fi.C. ſi ex fal.inſtr.& in.l.3.in fi.de pig.& doct.in.l.fi. C.de edic.diu.Adr.toll.c.ſuborta, de integ. reſtit.Iaſ.conſ.85.punctus lib.1.

EPITOME.

1 *Requiſita vt quis veniat contra ſententiam latam ex falſis probationibus.*

MILLEL. DCCXLIII.

1 QVANDO † quis vult dicere contra ſententiam latam ob falſas probationes, requiruntur infraſcripta, Primò, quòd inſtrumenta falſa probentur, & iudicem ſecutum illa inſtrumenta falſa.l. falſam. C.ſi ex falſ.inſtr.c.cum.I. &.A.de re iud.Soc.in.l. qui agnitis, circa fin. ff. de excep.rei iud. Et præſumitur quòd obtinuerit ex illis falſis inſtrumentis, ſi nihil in contrarium probatum fuerit, vt not.in.c.licet, de prob. Vide alia per doct.in.l.admonẽdi.ff.de iureiu.& in.l.diuus. ff.de re iud.& Aufr.in add.ad deciſ. Capel.Tolos.q.272.& ſeq.

EPITOME.

1 *Reſcripta contra rem iudicatam non valent.*

MILLEL. DCCXLIIII.

1 CONTRA † rẽ iudicatã reſcripta nõ valẽt, tex.in.l.fi.C.ſent.reſcind. non poſſ. Et malè faciũt Principes, qui facilè cõcedunt literas, vt veritas cauſę deciſæ iterum diſcutiatur. Vnde quia leges hoc prohibẽt, nõ valẽt ſine clauſula nõ obſtãtibus, vt not.in.l.fi. C. ſi cõt.ius.l.cauſas.C.de trãſ.Bal. in Marg. verb. reſcriptũ.q.10.Alex.cõſ.136.in cauſa, col.2. lib.2.Soc.nominatim in.l.in ſingulis.ff.de except.rei iud. Imò non ſufficit facere mentionẽ de ſententia, niſi dicatur, quòd tranſiuit in rẽ iudicatã, glo.& ibi Fely.in. c. ſuper literis, de reſcrip.Iaſ.in.d.l.cauſas. Niſi in cauſa matrimonij & in caſibus, in quibus non tranſit in rem iudicatã, Petras.ſing.20.ſicut, Lapus alleg.89.duo prælati, quos caſus ſcribit Fely.in c. lator, &.c.tenor, de re iud.abundè Marſ.in rep.l.vn.C.de rap.virg. Imò q. ſupplicat Principi aduerſus ſentẽtiã, quę in rẽ trãſiuit iudicatã, nõ ſolũ impetratis carere debet, ſed etiã incurrit infamiã, tex.in.l.fi.C.vt lit.pẽ. vbi Pau.

EPITOME.

1 *Res iudicata quando poſſit retractari.*

MILLEL. DCCXLV.

1 VBICVNQVE † ſententia lata eſt ſuper contractu ſimulato, uel ex partium colluſione, tunc impetrari reſcriptum poterit: & annullabitur ſententia, etiam ſi tranſierit in rem iudicatam, tex.ſing. in.l. ſi ſponſus. §.ſi vxor.ff. de dona. int. ui. & vxor. Vnde ſi vxor donet marito, vel contra, & poſtea illa donatio fuerit ſententia confirmata, non obſtãte ſententia infringi poterit, quod probat Bal. in l.cum allegas, col.3.nu.7.C. de uſur.& Roma.ſing.306.tu ſcis quòd donatio,

EPI-

EPITOME.

1 *Caſus quibus retractatur ſententia.*

MILLEL. DCCXLVI.

1 NOTA † multos caſus, in quibus retractatur ſentẽtia, per gl. in ſum. 35. q. 9. quã gl. approbat Io. de Plat. ĩ l. gramaticos. C. de profeſ. & med. lib. 10. Et mẽti cõmẽdandũ eſt, ꝙ ſententia etiam valida retractari poteſt ex omni cauſa, quæ ſufficiens eſſet ad appellãdũ: & in illis caſibus literæ reſtitutionis denegari nõ debent, teſte Spec. in tit. de ſent. §. fi. verſ. item retractabit valida ſentẽtia, allegat. c. ut debitus, de appel. c. tua, de off. uicar. Caſus decem, in quibus ſententia diffinitiua retractari poteſt, ponit Rebuf. in rep. l. quod iuſ ſit, not. 2. ff. de re iud.

EPITOME.

1 *Epiſcopus aduerſus ſui Vicarij ſententiam reſtituit.*

MILLEL. DCCXLVII.

1 INTERDVM † Epiſcopo ſupplicatur poſt ſentẽtiã à Vicario latam: & valet illa ſupplicatio, ſi Epiſcopus uelit in integrũ reſtituere cõtra ſui Vicarij ſentẽtiã: ita tenet Io. And. in c. Romana. 1. reſp. de appel. iſtã opinionẽ ſequitur Abb. & alij in c. ex literis, de in integ. reſtit. Io. Fab. in auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imp. offer. Et iſta communis ſententia obſeruat̃, teſte Aufr. in add. ad. q. Toloſ. deciſ. 479. Vnde ſolent Vicarij in ſententijs eorum dicere, ſalua domini uolũtate cõdẽnamus &c.

EPITOME.

1 *Sententia an ſit exequenda pendente ſupplicationis proceſſu.*

MILLEL. DCCXLVIII.

1 AN † ſentẽtia pẽdẽte ſupplicationis proceſſu ſit exequenda? Breui reſpõdeo exequẽdã, data tñ cautione de reſtituẽdo omnia, ſi iudicatũ retractetur, auth. quę ſupplicatio. C. de prec. Imp. off. gl. in c. ex literis, de in integ. reſtit. Card. in clẽ. un. q. 10. de cauſ. poſſ. & propr. Abb. ĩ c. ſuſcitata, de reſt. in integ. Affl. deciſ. 341. lata eſt ſententia, Ruy. conſ. 34. viſis omnibus, libr. 2. Guid. Pap. q. 50. quia hæc curia. Et an cautio iuratoria admittat̃, ſi pars dicat ſe non inuenire aliam, Guid. Pap. ibidẽ tenet quòd ſic, & deciſ. 189. circa materiam, ubi dicit ita fuiſſe concluſum, per. l. generaliter. C. de epiſ. & cler. & doct. in rub. ff. qui ſatiſd. cog.

EPITOME.

1 *Quoties erroris propoſitio recipitur.*

MILLEL. DCCXLIX.

1 SVPPLICATIO † ſuper errore ſententiæ cum ſit remediũ gratioſum, & ſic extra ordinariũ, ſemel tãtũ admittitur. l. ſiquis. C. de precib. Imper. offer. doct. in c. ex literis, de in integ. reſtit. Aufr. in add. q. Toloſ. deciſ. 479. Guid. Pap. cõſ. 139. literæ, Quia ſemel tãtũ iudicatum retractari fas eſt. l. fi. ff. de colluſ. deteg. Diuerſum eſt ſi pars aduerſa nunc uellet dicere errorẽ maximũ interueniſſe in. d. ſupplicatione iudicata: tunc poſſet Princeps hoc recipere: vt fuit uiſum in parlamento Delphinali, teſte Guid. Pap. q. 345. à ſententia, &. d. conſ. 139. col. 2.

EPITOME.

1 *Supplicatio an concedatur, ſi appellatio denegetur.*

MILLEL. DCCL.

1 QVIDAM † dicũt, ſupplicationẽ repellẽdã quãdo quis de iure cõmũni excluderetur ad appellãdũ, vtpote, ne lic. ter. prou. ſic nec ſupplicare. l. vn. vbi Bar. Bal. & alij. C. ne lic. ter. prouo. Aufr. in add. ad. q. Toloſ. deciſ. 479. Sed hoc nõ ſeruatur: imò recipi ſolet ſupplicatio, etiã ſi appellatio nõ recipiatur, dum tamẽ error probetur, per gl. in. c. ex literis, in uerb. ſupplicauit, de in integ. reſtit. Curt. Iun. in l. imperiũ, nu. 108. ff. de iuriſd. om. iud. per glo. in l. fi. C. vt lit. pend. Et in literis ſupplicationis debet exprimi tertia ſententia, alioqui literæ erunt ſubreptitiæ, teſte Guid. Pap. cõſ. 139. literæ: quia ex ſolo iuris rigore procedit, ut nõ liceat tertiò appellare. Ergo Princeps ex æquitate poterit iſtam recipere ſupplicationem & prouidere ſupplicãti, & contra ius diſpenſare, cum ſit legibus ſolutus. l. Princeps. ff. de legib. Franc. Marc, deciſ. 55. in. 2. par.

EPITOME.

1 *Poſt appellationem renunciatam an ſupplicari poſſit.*

MILLEL. DCCLI.

1 SVPPLICATIO † non recipit̃, quando renunciatum appellationi eſſet, ut firmat

Cy.in.l.fi.C.vt lit.pend.Imo.in.l.1.§.fi.ff.à quib.app. non lic. & Præpoſ.in c.ex ratione, col.pen.de appell.Corſet.in ſing.in uerb. que rela.2.Aufr.in add.ad.q.Toloſ.deciſ.479. itẽ certũ eſt,Calca.conſ.16.uiſis,nu. 88. uerſ. & quia. Diuerſum eſt quando non poteſt haberi recurſus ad arbitrium boni uiri,iux.l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.& ibi Bar. quia runc ſupplicari poterit propter enormem læſionem:vt conſuluit Paul.conſ. 70. quia fruſtra,col.2.libr. 1. vide tamen Iaſ.in auth.quæ ſupplicatio.C.de precib.Imp.off.col.2.Marſ. in ptat.crim.§.oportunè,nu.68.Sed in hoc ea ſu etiam ſupplicatio recipitur:quia renunciãs uni remedio,non perdit aliud.l.de pecoribus.C.ad.l.Aquil.Vnde licet pars acquieſcat vel renunciet appellationi interpoſitæ,poterit ſupplicare,ſi dolum partis, vel circunuentionem alleget,Abb.& alij in c. ex literis, de in integ. reſti.Franc.Marc.deciſ.55.par.2. Ideo quando remouetur appellatio propter contumaciam,uel culpam partis:tunc non poteſt impetrari ſupplicatio, alioqui contra,glo.in.d.c. ex literis,ſic conſuluit Ruy.conſ.157. de tribus.q.2.nu.17.cum ſeq.lib.5.Sed qui licitam pronocationem omiſsit, perpetuò ſilere debebit: nec à nobis imprudens petere per ſupplicationem tentet.l.fi.C.ut lit. pend.

EPITOME.

1 *Appellatio iudicatum ſuſpendit,ſupplicatio nequaquàm.*

MILLLE. DCCLII.

1 APPELLATIO † ſuſpendit iudicatũ. l.1.in fi.ff.ad Turpil.c.venientes, de iureiu.& ideo executionem impedit: quia nihil nouari debet appellatione pẽdẽte, ut in rub. ff.nil non.&.l.appellatione.C.de appel.c. an ſit, illo tit. Sed ſupplicatio non, ideo ſi intra decẽ dies ſupplicetur, ſententia mandabitur executioni,nõ obſtãte ſupplicatione admiſſa, præſtita tamẽ fideiuſſoria cautione,auth. quæ ſupplicatio.C.de precib. Imp.off.ſic cõſuluit Ruy.conſ.34.uiſis omnibus,col.2.lib.5.Si verò poſt decẽ dies,& intra bieniũ fuerit ſupplicatum, iudicatum executioni mandabitur ſine cautione, Bal.in d. auth. quæ ſupplicatio. Vide tamẽ Affl.in præfa.cõſtit.Regni.q. 10. vbi dicit,quòd ſupplicatio eſt loco appellationis, & quibus caſibus differentiæ ſcriptæ non reperiuntur à pari procedũt appellatio & ſupplicatio,ꝑ gl.ĩ.l.vn.de ſent.pretor præf.Hodie cautio nõ datur,quãdo ſupplicatio expeditur, ſiue ante,ſiue poſt decem dies. Et quàuis propoſitio ſupplicationis antequàm ſit à Principe recepta nõ inducat litis pẽdẽtiã,tamẽ poſt quàm eſt à Principe recepta contra, vt docet Bal.in.d.auth.quę ſupplicatio,refert Aufr.ad. q.Tholoſ.deciſ.479.Præpoſ. in.c.ex ratione, col.ult.de appel.

EPITOME.

1 *Contra ſententiam Principis nullitas an proponatur.*

MILLEL. DCCLIII.

SCRIBIT Inno.in c.ex literis,& in c.ſuſcitata,de integ.reſtit. quòd † contra ſententiã Principis nõ põt quis venire per viã nullitatis, quando talis nullitas eſt de iure poſitiuo.Quia Princeps videtur illam ſolẽnitatem ſuppleuiſſe,& ſuper ea diſpenſaſſe,arg.l. quidam.ff.de reg.iu.ita Ang.decidit in l.falſa. C. de fid.inſtr.Perus.in c.dilecto,col.65. de appel.faciunt quæ ſcribit Fely.in c.eccleſia,col. 10.nu.89.de conſtit. & Georg. Natta in rep. clem.ſæpe. §. & quia,col.29.cum ſeq.de ver. ſig.Sic fuit iudicatum in magno Neapol.conſilio:vt refert Affl.deciſ.283. diu eſt.Vbi conclusum fuit Principis ſentẽtiã nõ poſſe dici, nec de nullitate, nec de omiſsione ſolẽnitatis:omnes.n.ſolennitates & nullitates omitti ſolent, quãdo per ſupremũ Principẽ procedĩt,& per eũdẽ cauſa terminatur: vt conſuluit Paris.conſ.218.domina,col.2.libr.1. Et ideo nullitas inſurgens ex omiſsione ordinis iudiciarij,& ſolennitatis non reddit ſentẽtiã Principis nullã, nec aduerſus eam de nullitate agi poteſt: teſte Inno. in c. in cauſis, de re iud.& Fely.ibi,Bal.& Paul.in.l.fi.& ibi Alex.in add. ad Bar.C.de legib.Idem in iudicatis à Senatu, cum nomine Principis iudicet,& in ſentẽtijs eorum diffinitinis exprimi ſolet nomen Principis: & quia aliter Princeps non fuiſſet iudicaturus quàm Senatus iudicat. l. 1. ff. de off. præf.præt.

EPITOME.

1 *Lex ſine die & conſule non valet.*

MILLEL. DCCLIIII.

1 SICVT † nõ valet inſtrumẽtũ ſine die & cõſule.l.generali.C.de tabul.li.10.Bal.& alij in l.ſiquis.§.ſi initiũ.ff.de edẽ.Barba.plenè in rub.ext.de fid.inſtr.Idẽ in reſcripto. l. ſi qua. C. de diuerſ. reſcrip. Idẽ eſt dicẽdũ in edictis & cõſtiturionibus,vt eſt ſcriptũ in Theodos. C. rub. de conſt.l.1.in hæc verba. Si qua poſt hæc edicta ſiue conſtitutiones ſine die & conſulæ fuerint deprȩhenſa,auctoritate careant. Datum viij calen.Auguſti Sabarię.

EPI-

EPITOME.

1 *Intellectus ad.l.falsò datur.C.de diuerſ. reſcrip.*

MILLEL. DCCLV.

1 VERBA † illa in.l.falsò,ibi(cum ea,quę ad ius reſcribuntur, perennia eſſe debeāt)dupliciter poteſt intelligi.Primò,ꝙ illa, quæ ſcribūtur ad ius partium, ſunt perpetuæ: alioqui eſſet contra.c.ſi autē.&.c.plerunq;,de reſcrip. vbi reſcripta iuſtitiæ regulariter anno pereūt.Et tamē in.d.l.falsò, dicūtur eſſe perēnia. Et ſic debet intelligi de reſcriptis concernentibus ius parti,& ius partium reſpicientibus,vt ſi Princeps cōcedat, ꝙ quis cōueniatur coram tali iudice,auth.habita.C.ne fil.pro patr. quia decet Principis beneficiū māſurū, de reg.iu.in.6.Nec debet tex.in.d.l.falsò, intelligi in alijs reſcriptis iuſtitiæ, quæ cōprobatione iudicis indigēt, quia illa ferè anno pereūt. d.c.plerūq;, ſi dolo vel negligentia quis nō ſit vſus,vt ibi,& ita obſeruat vſus forēſis. Vel qui dā intelligūt ea,quæ ad ius reſcribuntur: id eſt ad obſeruationē iuris,vel elucidationē.Illa.n. ſunt perpetua,ſicut & ius.l.diuus.ff. de re iud. l.2.ff.de his qui ſunt ſui uel alien.iu. Et ſic nō obſtabit.d.c.ſi autem,idē Abb. in c.olim, de uer.ſig.Bar.& Iaſ.in l.fi.ff.de cōſt.princ.Dec. conſ.147.& pro tenui,col.1.

EPITOME.

1 *Iuri & æquitati reſcripta conuenire, alioqui reijci debent.*

MILLEL. DCCLVI.

1 RESCRIPTVM † Principis debet cōuenire iuri & ęquitati:licet verba eius non patiantur.c.cauſam,de reſcrip. glo. in.c.paratus. 23.q.1.Old.conſ.28.quęſtio eſt. Et ideo iudices reſcripta comprobantes debent reſpicere, vt iuri & æquitati congruant: alioqui ea reijciant.Nempe mens Principis reſcribentis talis præſumitur,qualis de iure eſſe debet.l. ex facto,in prin.ubi Bal.not.4.ff.de nulg. ſubſt. Iaſ.conſ.57.uiſis literis,col.pen.lib.3.Et iudices debent iudicare ſecundum ius, quicquid ſcribat Princeps: & ita Papa declarat in.c.ſi quando,de reſcrip.niſi expreſsè iuri deroget.

EPITOME.

1 *Impetrans narrata in reſcripto probat.*

MILLEL. DCCLVII.

1 IMPETRANS † ſi negetur eſſe uerū, quod in reſcripto ipſe aſſerit,vel falſum eſſe dicatur,hoc probare tenetur,tex.in.c.2.vbi doct. de reſcrip.Io.And.in c.1.de lit.cōt.in 6.Abb. in c.quia circa,not.2.de conſang.Nā ei qui dicit, incūbit probare,non opponenti.l.2.ff. de prob.& oportet probare narrata eſſe uera tempore impetrationis.Vnde ſi quis narret ſe habere filiā, & habeat tēpore impetrationis,quæ poſtea tēpore cōprobationis mortua ſit, ſufficit probare ſe habuiſſe tēpore impetrationis. d.c.quia circa.Sicut dicitur de læſione probanda tempore contractus.l.2.&.l. ſi voluntate. C.de reſcind. uend. Si verò excipiens dicat reſcriptū per taciturnitatem impetratū,tūc i pſe hoc probare debet,Abb. & alij in. c.ſi.de præſump.quia is qui aſſerit probare debet.l.actor. C.de prob.Iſte.n.aſſerit partem tacuiſſe verū, ideo hoc debet probare,arg.l.3.C.de non nu. pecu.Soc.conſ.164.viſa bulla,col.2.verſ.con firmantur etiam pręmiſſa,lib.2. Limita ſi impetrans haberet intētionem ſuam fundatam de iure communi, tunc non tenetur probare, ſed aduerſarius,Fely.in.c.conſtitutus, de reſcrip.Vnde ſi Curatus dicat in reſcripto, ad ſe decimas ſpectare tanquàm ad Curatū, non tenebitur probare,quòd Curato decima debeatur,ſed ſe eſſe curatum, vt plenè per Rebuf. in tract.de decim.q.9.& ī tract.de cōg.por.in fi.

EPITOME.

1 *Forma in vno reſcripto data in alijs ſeruatur.*

MILLEL. DCCLVIII.

1 FORMA † data in uno reſcripto ad cognitionem unius cauſæ, poteſt ſeruari & in alijs.c.multi,ibi(formam ad omnia ſimilia.2. q.1.&.c.licet.16.q.3.ibi (rūc formam pro cęteris ſcripſimus).l.Mela,ibi(hanc formam ab Adriano datam obſeruandam eſſe Imperator noſter reſcripſit) ff.de alim.&.c ibar. leg. uide Fely.in rub.de reſcrip.in princ. Adeo quòd ſi forma data ſit in uno reſcripto, & ſimile emergat negocium,poterit eadem ſeruari forma, allegatur Arch.& Gemin.c ignorantia.38.diſt. Et ideo interpretatio facta per reſcriptum in vno negocio, facit ius quò ad oēs,ꝑ not in c.1 cauſis,de re iud.Rō.cōſ.260.in propoſito,in prin.ob id doc.dicūt, reſcriptū vim cōſtitutionis habere, maximè inter partes. Ideo reſcriptū actoris cogēs reū, vt pſonaliter cōpareat, extēdit ad actorē, vt ipſe ēt ſic cōparere teneatur. c.1.de iud.in.6.& reſcriptum remouens

reo appellationem, & actori tollere videtur, Bal.in.c.1. eo. titu.& ſi cauſa tractari debeat ſummariè quoad reũ, debebit etiã ſummariè tractari quoad actorẽ,ſi cõueniatur, clem.ſæpe,in uerb.uoluerit,de uer. ſig. Fely. & alij in c.1.de mut.petit.Limitatr̃ niſi fauor,vel odiũ, aut ſumma ratio aliud ĩ altero induceret, Bal. in.d.c.1.ĩ fi.de reſcrip.& Fely. in rub.col.2.Secundò,niſi motu proprio eſſet conceſſum reſcriptum,per.l.3.ff.quod quiſq; iur.Abb.in c. fi.de mut.pet.De quo motu proprio uide aliqua utilia per Rebuf.in concord.Frãc. in for. mand.in uerb.motu proprio.

EPITOME.

1 *Renunciare poteſt ſuo reſcripto impetrans.*

MILLEL. DCCLIX.

1 POTEST impetrans † ſuo renunciare reſcripto,vt vult tex.& ibi doct.in.c.ex conqueſtione,de reſt.ſpol.tex. & ibi glo. in clem. conſtitutionem,in uerb.nolle uti,de elect.gl. & doct.in.c.cum olim,de off.deleg.Bal.in.l. 1,vt lit.pend.Alex.conſ.34.viſo themate,colum.2.libr.1.Etiam poſtquàm iudici eſt præſentatum, teſte Abb.in.d.c.ex conquæſtione, Aret.conſ.33.conſultatio,col.1. Etiam poſt citationem,dummodo parti ſatisfiat de expẽſis, & de eo quod intereſt,Butr.in c.ſuper literis,col.7.verſ.& aduerte, de reſcrip. quamuis Abb.teneat contra in d.c.ex conqueſtione, & Rom.conſ.343.ex themate,col.pẽ.in 3. dub. quia per præſentationem & citationem literæ factæ communes ideo illis renunciari nõ poteſt, Abb. & alij in c. ex tenore,de reſcrip. Quorum ſententia intelligi & conciliari poteſt,qñ aliqđ ius eſſet parti acquiſitum,tunc in prꝗiudicium illius partis renunciare impetrãs non poſſet,ſed quoad præiudicium renunciãtis ſic:vt docet Bal.in.l.poſtquàm liti, in fi.C. de pac.facit.c.ex parte,in fi.de reſcrip.

EPITOME.

1 *Intellectus ad.l.fin.C.de ſent.*

MILLEL. DCCLX.

1 TEx.in.l.fi.C. de ſent. decepit † iurium interpretes. Nam ibi dicitur,quòd ſoliti ſunt interloqui iudices,ut non liceat ante ſententiam ad appellationis, uel recuſationis cõuolare auxilium.Nam ille tex.intelligi debet, iudices ſic per interlocutionem poſſe reſpuere ab interlocutoria appellationem,quæ à iure tollitur. Vnde iudices inſequendo ius ab interlocutoria appellationẽ reijciũt, ſi poſsit in diffinitiua reparari,p.l.2.C.de app. recip. Sed quòd poſsint apppellationem à iure permiſſam tollere, nullo iure cauetur, nec quidem poſſunt committere appellatione remota.

EPITOME.

1 *Reſcriptum contra ſtilum eſt ſuſpectum.*
2 *Priuilegiũ,qđ tollit ius tertij,pſumitur falsũ.*

MILLEL. DCCLXI.

1 RESCRIPTVM † contra ſtilum impetratũ eſt de falſo ſuſpectũ, ideo nõ valet.c.2.de reſcrip.c.in memoriam. 19. diſt.& nõ prꝗſumitur à Papa vel eius cãcellaria emanatũ.c.porrectũ,de confir.vtil.Idẽ ſi clauſulæ inſolitꝗ ĩ eo apponãtur,gl.ĩ.l.ſiqs.ff.de cõd. ĩ ſtit.c.cãm quæ.2.de teſti.c.ex parte, de capel. mona.Idẽ ſi tollat ius tertij, Abb.in.c.ex parte.2.de off.deleg.per.c.ſuper eo,ibidem, &.c.
2 quamuis, de reſcrip. in.6.Præſumitur † enim falſum priuilegium, quod tollit ius tertij, cũ Princeps nõ ſoleat huiuſmodi priuilegia concedere: Fely.& alij plenè in d.c.2.Curt. Sen. conſ.66.& conſ.74. circa fi.Et ſic reſcriptum ex his prꝗſumitur ſuſpectũ.Idẽ ſi prohitum ſit impetrari.l.3.C.de paga.l.3. C. de fund. patrim.lib.11.Adhuc ſi careat debita ſolẽnitate l.unicuiq;.C.de ꝓx.ſacr.ſcrin.lib.12. doct.in l.iubemus.C.de teſt.Inſuper quãdo raſum eſt in loco ſuſpecto,c.inter,&.c.ex literis,de fid. inſtr. Præterea ratione perſonæ illius, qui illud impetrauit.l.1.C.de precib. Imper.offer. Siue partis vel notorij ratione.l.ſi cui.§. ijſdẽ ff.de accuſ.l. nõ omnes. §. à barbaris.ff.de re milit. Et alio modo ſuſpectum prꝗſumitur, prout in.l.fi.C.de fid. inſtr.

EPITOME.

1 *Iudicandum ſuper reſcriptis quomodo ſit.*

MILLEL. DCCLXII.

1 IVDEX † ſecundum tenorem & concluſionem reſcripti iudicare debet,per tex.in. c. cum. R. Canonicus,in fi.de off.deleg.l. cum precibus, in fi.C. de prob. Et ſi forma data ſit in reſcripto, iudex illam ſequi debet: alioqui non valebit proceſſus,nec ſententia.c. cum dilecta,de reſcrip.c.uenerabili,de off.deleg.Nec debet iudex cognoſcere, nec pronunciare de his,quæ non continentur in reſcripto.c. cum olim. 1. de off. deleg.quia ſuper illis non habet cognitionem,niſi fuerint connexa.c. tranſlato,de conſtit.

EPI-

EPITOME.

1 *Principalis pars quæ dicatur.*

MILLEL. DCCLXIII.

1 PRINCIPALIS † pars dicitur, cuius negocium quod agitatur, ad eam pertinet, non in conſequens, arg. l. ſiquis nec cauſam. ff. ſi cer. peta. Bar. in. l. ambitioſa, ff. de decret. ab ord. faç. Vel principales perſonas nomine proprio comparentes, vocat Bar. & Bal. in auth. principales. C. de iurein. prop. calu. Vel de quarum præiudicio tractatur, Abb. & alij in. c. paſtoralis, de iud. Bal. in. c. querelam, col. 3. de elect. vide Alex. col. 65. col. 1. in fi. li. 7. & Dec. cõſ. 168. concluſiõ, col. 1. Soc. in. c. pertractãdis, col. 9. verſ. quærit tñ, de iur. calũ.

EPITOME.

1 *Literæ moratoriæ non extenduntur ad debitũ iuratum.*

MILLEL. DCCLXIIII.

1 DEBITVM † iuratum velut priuilegiatum non compræhẽditur in literis moratorijs cõceſsis debitori, ne moleſtetur à creditoribus intra certum tempus, glo. ſing. in. c. cum non deceat, de elect. lib. 6. in uerb. effectus, vbi dicit, quòd conſtitutio tollens aliam cõſtitutionẽ, nõ refert ad cõſtitutione iuratã, & idem de clauſula non obſtantibus, per. d. glo. quam ſing. clamat in. c. 1. col. 2. de his quę fiunt à ma. par. cap. Rom. ſing. 7. quod, ac cõſ. 517. in caſu, in fi. cõnſ. 404. in caſu, in fi. & conſ. 336. quod indultum, col. 2. & in rep. l. ſi verò. §. de uiro, col. 18. fall. 23. ff. ſolut. matr. Barba. in clem. 1. col. 15. de elect. & in. c. 1. nu. 75. de reſcrip. Fely. in. c. 2. nu. 20. de ſponſ. Iaſ. in. l. ſi mihi & tibi. §. fi. ff. de leg. 1. Vincẽt. Hercul. in. l. 1. col. 2. ff. ad. l. Falc. Guil. Bened. in repe. Raynutius, in verb. teſtamentũ. 2. nu. 18. de teſta. Ferrat. cant. 55. occulta, & pro illa glo. eſt tex. in. c. conſtitutus, de reſcrip. facit gl. in clem. dudum, in fi. in verb. pacta, de ſepult. vide D. de Rot. deciſ. 633. i antiq. Alber. in 1. par. ſtat. q. 16. Vitalin. in tract. clauſ. in clauſ. nõ obſtantibus, fol. 7. Alex. cõſ. 27. viſo libello, col. pen. lib. 1. conſ. 205. viſis, in fi. lib. 2. conſ. 38. viſa. in fi. conſ. 53. lib. 3. ac conſil. 137. viſa, col. 2. lib. 6. Barba. conſ. 23. ſcripſit, col. 4. libr. 1. & conſ. 47. ſcribitur, col. 20. eo. lib. Gemin. conſ. 83. opponitur, Albert. Brun. cõſ. 12. col. 9. Crot. in c. 1. de conſt. lib. 6. Ant. de Petruc. in tract. de uirib. iuram. effectu 62. Quia potentior eſt duplex funiculus. c. 1. de treg. & pac. Nõ procedit ſi Princeps motu proprio cõceſsiſſet, arg. c. repiẽtes, de inreiu. l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi gl. hoc expreſsè tenet, facit. l. 2. C. de pet. bon. ſubl. lib. 10. & ſcribit Luc. de Pen. in. l. 1. col. 3. C. qui mil. poſſ. libr. 12. Et in dubio præſumitur cõceſſum ad poſtulationem, teſte Alex. in. d. conſ. 205. in fi. Ob id in praxi ſeruatur, vt in literis exprimi ſoleat ad ſupplicationem &c. Prædictis adde Aff. deciſ. 5. dominus Rex.

EPITOME.

1 *Procurator non faciens promptam fidem mandati ſui non auditur.*

2 *Mandatum procuratoris per teſtes probari poteſt.*

3 *Exigere non poteſt procurator ſine ſcriptura poteſtatis.*

4 *Proteſtatio contra procuratorem quid operetur.*

MILLEL. DCCLXV.

1 PROCVRATOR † fidem promptam facere debet literarum ſui mandati; alioqui non recipitur agere volẽs. c. 1. de procur. ſed dominus tanquàm contumax condẽnatur, teſte Bar. in. l. 1. i fi. ff. quod quiſq; uniuers. nom. Abb. in. c. conſtitutis, not. 4. de procur. Guid. Pap. q. 322. non creditur. Vnde ſiquis tãquàm procurator vult proteſtari, uel alium actum facere, debet inſtrumẽtum procuratorij priùs oſtendere, Bar. in. l. ſiquis inficiatus. ff. depoſ. 2 Poteſt † etiam mandatum procuratoris probari per teſtes, doct. in. l. 1. C. de procur. & in. d. c. 1. & in. c. cum in iure, de off. deleg. Marſ. in rub. de prob. fol. 6. verſ. quid autem in mandato procuratoris. Imò ſi nõ fuerit oppoſitum, valebunt geſtá per procuratorem, antequàm receperit mãdatũ, Bar. cõſ. 73. quæritur vtrum procurator, Bál. in. l. falſus, col. 7. C. de fur. Iacobi. in. l. cũ furioſus. ff. de iud. Niſi † fuerit 3 procurator ad exigẽdũ, & recipiẽdũ pecuniá: quia iſtud debet probari per inſtrumẽtũ & nõ per teſtes, Bal. in. d. l. falſus, col. pen. uerſ. ſciat tamen, Cremẽs. ſing. 138. ſi procurator, & Iaſ. 4 in. l. 1. col. 3. C. de procur. Si † oppoſuerim cõtra procuratoris perſonam, quòd non intedebã eũ approbare per aliquem actũ. Si tamẽ poſtea cum eo litigẽ, videor perſonã ſuã approbare, Bar. in. l. licet, nu. 3. & ſeq. C. de procur. Niſi in quolibet actu proteſter, quòd non approbo, Bar. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. inf. facit. l. ſi proponas. §. ſi hæreditatem. ff. de dam. inf. Bal. conſ. 498. circa primum, col. 2. lib. 2.

EPITOME.

1 *Ceſſionarius debet de ceſſione initio fidem facere.*

MILLEL. DCCLXVI.

1 CESSIONARIVS † tenetur in ipſo litis initio fidem ceſsionis facere, quando nomine cedentis agit. Secus ſi ſuo & utili actione, quia tunc ſufficiet poſt litem conteſtatam, vt dicit Specul. in tit. de ceſſ. §. 1. & in tit. de inſtr. edit. §. nunc dicamus, uerſ. ſed qd ecce, & in tit. de act. §. 1. verſ. ſed pone qnidã, Arch. in c. 1. de procur. in. 6. Bar. & Bal. in. l. qui ſtipendia. C. de proc. & in. l. 1. in fi. ff. de act. & obl. Abb. & alij in. c. 1. de prob. Aufr. in add. ad. q. Tolos. deciſ. 293. & iſta eſt communis teſte Ale. in. l. Ariſto. ff. de acq. hæred. Dec. conſ. 302. Et ita tenet Io. de Graſsis in ſuo tract. de ceſsione.

EPITOME.

1 *Statutum vt ſpurius ſuccedat non valet.*

MILLEL. DCCLXVII.

1 NON † valet ſtatutum, vel conſuetudo, ut ſpurius ſuccedat: quia materiam delinquendi præberet, teſte Hoſt. in ſum. tit. qui fil. ſint legitimi. §. qualiter, uerſ. quid ſi Imperator, Bar. in. l. teſtamenti, col. 2. ff. de teſtam. Dec. conſ. 271. Rocc. Curt. in rep. c. fi. de conſuet. not. 3. amp. 3.

EPITOME.

1 *Literæ requiſitoriæ quando dentur.*

MILLEL. DCCLXVIII.

1 PRAXIS † not. inuenta eſt, vt quando iudex unius territorij, in cauſa, in qua de iure cognoſcit, indiget teſtibus, vel alijs perſonis ad euictionem forte, uel alium actum: & hæ perſonæ alterius ſunt territorij: quòd per literas requiſitorias roget, aut requirat iudicẽ alterius iuriſdictionis, vt permittat citationem fieri in ſua iuriſdictione, vel executionẽ, aut quod per ipſum mandatur faciat, offerens ſe in ſimili caſu ita facturum. Iſte eſt bonus citandi modus, teſte Old. conſ. 83. tertiò quæritur, cir. fin. Soc. conſ. 167. non inutilis, in. 3. q. in fi. lib. 2. Fundatur hæc pratica in clem. paſtoralis. §. nos quoq;, de re iud. c. Romana. §. contrahentes, & ibi doct. de foro comp. ibi (ſed tũc loci diœceſanus ad denunciationem ipſorũ faciet huiuſmodi miſsionẽ) nõ dicit ad mãdatũ, cũ par in parẽ nõ habeat imperium. l. nã magiſtratus. ff. de arb. l. ille à quo. §. tempeſtiuũ. ff. ad Trebel. Ratio quare hoc conſtitutũ fuerit uidetur: ne ſingula turbentur officia. l. repetita. C. de epiſ. & cler. l. cõſulta. C. de teſta. Vnus. n. iudex alteri ſuffragari, & ſubſidiũ præſtare debet: vnus. n. alio indiget, ut in. 2. conſtit. C. poſt prin. ſcribitur, & in. l. epiſcopale. C. de epiſ. aud. c. dilecto, de ſent. excom. Soc. in. c. ſanè, in fi. de for. comp.

EPITOME.

1 *Sententiam vnius alter iudex exequi debet.*

MILLEL. DCCLXIX.

1 IVDEX † vnius iuriſdictionis tenetur exequi ſententiam alterius, text. in. l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iud. Bal. in. l. fi. C. ſi à nõ cõp. iud. Iaſ. in. l. properãdum. §. ſinaũt reus. C. de 1
iud. Ant. Trem. in add. ad Vbert. de Bonacur. tit. de imped. execut. §. 7. etiam in criminalibus, Marſ. conſ. 86. licet iã, col, 2. & ſeq. Quod declara, quãdo iudex pronũciauit ſecũdum leges: ſecus ſi pronunciauerit ſecundum ſtatuta, & conſuetudines loci ipſius iudicis, Bal. in. 1
l. un. in fi. C. de conſ. Quia ſtatuta unius territorij alter iudex in exequendo ſequi non debet, ſecundum eum in l. 1. in 4. q. C. ne fil. pro patr. Alex. in d. l. à diuo Pio. §. ſententiam, col. 3. Alex. & alij in d. §. ſinautẽ reus, Marſ. ſing. 138. iudex vnius, Iaſ. in. l. cum quædam, col. vlt. ff. de iuriſd. om. iud. Sed in vſu forenſi non ſolet fieri hæc differentia.

EPITOME.

1 *Requiſitus an ſine literis exequi poſſit.*

MILLEL. DCCLXX.

1 QVAERO † an iudex requiſitus ſine literis requiſitorijs poſsit exequi citationem, & alia facere? Reſpon. non, p tex. in l. 1. ibi (literę ad magiſtratus dentur) ff. de ſer. fug. l. 1. ff. de req. reis. §. ſiquis verò cõprehenſorum, in auth. vt null. iud. coll. 9. tex. in. l. vn. C. de off. com. rer. priua. & in. l. properãdũ. §. ſin autẽ reus. C. de iud. quẽ tex. Paul. & Iaſ. dicũt meliorem iuris, allegaui tamẽ ſuperius vltra eos meliores, & clarius exprimentes. Et ſine literis ſi procederent, eſſet nullus proceſſus, vel ſentẽtiæ executio ſecundũ eos. Tum primò, quia officiũ ſuũ nõ dẽt impartiri non petitus. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. inf. Et paria ſunt nõ eſſe, & nõ apparere.

l. duo

l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tut.& ſine literis facilè non appareret. Tum etiam quia conſuetudo & uſus ſic obtinuit, Cy.Bal.& alij in l.cũ quædam.§.fi.ff.de iuriſd.omn.iud. ubi dicunt ſic fuiſſe Florentiæ obtentum. Et ſic minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt.l.minimè. ff. de legibus Etiam conſuetudo eſt, quòd requiſitus concedat literas, quas uocant, in iuris ſubſidium, cõtinentes ſibi placere executionem fieri in ſuo territorio.

EPITOME.

1 *Iudex requiſitus ſi negligat facit litem ſuam.*

MILLEL. DCCLXXI.

1 IVDEX † faceret litem ſuam, qui requiſitus negligit facere iuſtitiam.l.pen.C. de pac.l. ſi filiusf.ff.de iud.c.1. de re iud.lib.6. Et tanquam conſcius criminis debet puniri. le.1.in fi.& l.Chriſtianis.C.de paga.§.iudices, de pactis.tenen.& iur.firma.& ibi glo.in uerb.neglexerint, Iacob.de Bellovi.in ſua prat.tit. de fug.reor.uerſ.item ſuſpecto aufertur, Iacobi. in l.argentarius.§.fi.ff.de eden. Imò talis iudex ſic negligens poſtquam fuerit condemnatus per Superiorem ad mulctam, non poterit impetrare reſcriptum remiſsiuum illius mulctæ, tex.not.in l. mancipia. C. de ſerui. fug.

EPITOME.

1 *Reſtitutio minorum fauorabilior quàm maiorum.*

MILLEL. DCCLXXII.

1 FAVORABILIOR † eſt reſtitutio, quæ competit minoribus, quàm maioribus, etiam Reip.cauſa abſentibus, Bal.in l.fi. ff. de in integ.reſti.glo.in l.nec non.§.1.ff.ex quib. cauſ.maio.Aret.in l.cũ quidam, in princ. col. 2.ff.de acq.hæred.ſequitur Ruy.conſ.99.uiſo num.5.lib.1.quamuis glo.& quidam doct.cõtrarium teneant, quibus Aret.in d.l. cum quidam reſpondet.Pro prima opinione facit tex. in l.uerum, in fi.ff.de minor. ubi ætatis ratio magis habetur quàm Senatuſconſulti quia eſt naturalis & fauorabilis.

EPITOME.

1 *Fruſtra impetratur quod iure conceditur.*
2 *Priuilegia interdum confirmantur.*

MILLEL DCCLXXIII.

1 DICET quis † fruſtra impetratur quod iure communi cõceditur.l.un.C.de theſau.lib.10.glo.in c.nuper, in uerb.componẽdum, de decim.Reſpon. Sæpe.n. poſtulatur, quod de iure communi cõceditur, ratione ſubſiſtẽte, uidelicet ut in hoc recognoſcatur Princeps.c.ex tuarum, de uſu pal.c.quia in cauſis, de procur. c. & ſi Chriſtus, in fi.de iureiu.c.2. de dona. Tum quia plus timeri ſolet, quod ſpecialiter præcipitur, quàm quod generaliter impetratur.c.quamquam.23.diſt.c.1.& ibi gloſ. de reſc.c.ſi aduerſus, de hæret. Et plus ualent ſpecialiter expreſſa quàm generaliter. l. 4.§. quæſitum.ff.ſi quis caut. §.ſi uerò filios, in auth.de nupt.colla.4. Tum etiam quia aliquando impoſsibile eſſet iudici aliquem reſtituere utpote aduerſus libertatem amiſſam, tamen Princeps ex magna cauſa reſtituet, tex.not.in l.ſi ex cauſa.§.fi.cum l.ſeq.ff.de minor. Ad hęc
2 † quia interdum datur in mandatis, quod in iuris corpore continetur. c. mos eſt, & c.conceſſo.12.q. 2. Specialia interdum priuilegia per Principem ſcripta lege confirmãtur.l.fi. C.de aquæduc. libr. 11.& quòd iuſtè actum eſt ad auferendum ſuſpicionem, aliquando à Principe confirmatur, c.ſacrorum.12.q. 2. Et ꝑ unã legem indulta, per aliam legem roborantur. l.2.C.de curial.vrb.Rom.lib.11.& l.ſolita.C. de cohortal.libr.12. Et quod per unam legem eſt ſtabile, per aliam ius quęſitum perſonis ſingularibus, ut agatur ſecurius confirmatur.l.2. C.de præd. Tamia.lib.11. Luc.de Pen.in leg. un.col.3.C.de caſtr.Pala.pecul.lib.12.& in l. cognouimus. C. de munic. & colon. libr. 11. Caſſan.in conſuet. Burgund.in tit.de ſucceſſions, in §.13.glo.ult.

EPITOME.

1 *Contra præſcriptionem reſtituit Princeps.*

MILLEL. DCCLXXIIII.

1 RELEVAT † Princeps eum, contra quẽ præſcriptum eſt ex cauſa ignorantię & impedimenti, etiam contra præſcriptionem, 30.annorum ex cauſa, tex.in l.1.§.ſiquis autẽ. ff.de itin.actuque priua. & in l. ſi partem. §.1. iun.glo.ff.quemad.ſerui.amit.Alex.conſ. 71. uideretur, col. 2. libr. 1.ubi dicit etiam reſtitui contra præſcriptionem 40.annorum, per glo.in §.pro temporalibus, in auth.de eccleſ. tit.colla.9.& Imo. in c.fin.de præſcrip.plenè Abb.& Felyn.in c.uigilanti, col.1.ibidem.Et iſta eſt communia opinio teſte Bertrand.conſil.15.ex themate.q.6.num.40.& ſeq.conſil.

29.lib.1.& iſtam ſententiam ſecutus eſt Ruy. conſ.63.uideretur,in fi.lib.1.& conſ.26.uidetur,colum.pen.lib3.& conſ.103.uiſo,in fin. lib.5. Aret.in l. Pantonius. ff.de acq.hæredit. Quamuis multi teneant contra, tum quia hęc præſcriptio parit plenam ſecuritatē.l.omnes in fi.C.de præſ.30.an.tum quòd quis non debet pati moleſtiam poſt 40.annos.leg.fi.C.de de fun.patrim.lib.11.Sed reſpondetur,uerum eſſe de iure communi, ſed de iure ſpeciali ſic; quia per excluſionem remediorum non excluditur reſtitutio & beneficium Principis.l.poſt quam liti,iunct.gloſ. C.de pact. & multa pro hoc ſcribit Balb.in tract.præſcrip.in 4. par.4. par.q.29.Et ſecundum iſtam opinionem fuit iudicatum Neapoli,vt refert Affl. deciſ.37.

E P I T O M E.

1 *Executio fit in integrum reſtitutione pendente.*

MILLEL. DCCLXXV.

1 FIT † executio in integrum reſtitutione pendente.c.ſuſcitata,de in integ.reſtitut. Iaſ.in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſ.Aufr.in addit.ad q.Toloſ.q.54.Francis. Marc.deciſ.53. 2.par.Guid.Pap.q.215.an executio.

E P I T O M E.

2 *Aduerſus remiſſionem fideicommiſſi non reſtituitur minor.*

MILLEL. DCCLXXVI.

1 SI † actus poſsit ſe habere ad damnum & ad lucrum minor non reſtituitur, ut in remiſsione fideicommiſsi.l. de fideicommiſſo. C.de tranſ.l.1.C.de pac. & l.ſi pater, de inof. teſta.tum quia eſt iure communi uſus.l.fin.C. de in integ.reſtit. tum etiam quia fato uenit, & non uidetur læſus. Quia non dicitur conſtitutio damno eſſe eccleſiæ, quando poteſt ſe habere ad lucrum & damnum,tex.in cap.1.de no.oper.nunc.& ibi Abb.not.4.Iaſ. conſ.63. circa primum,col.7.verſ.4.facit,libr.3.Paul. de Caſtr.conſ.379.primò uidendum, col.1. lib.1.in 2.q.

E P I T O M E.

1 *Pro minimo non reſtituitur minor.*

MILLEL. DCCLXXVII.

1 PRO † minimo reſtitutio non datur.l.ſcio ff.de in integr.reſtit.Ideo non reſtituitur minores aduerſus exceptiones dilatorias, quæ minimi ſunt momenti,Bal.in l.peremptorias C.ſent.reſcin.non poſ.Innoc. in c. coram,de in integ.reſtit.Ang.& Curt.Iun.in l.2.§.conuenire,in fi. ff.de iud.Fely.in c. fraternitatis, col.4.de teſti.Aufr. in add.ad q. Toloſ. deciſ. 54.& ſeq. vnde dicunt quidam requiri in minore enormem læſionem antequàm reſtituatur,in maiore verò enormiſsimā.Et hoc à Senatu Dolano probatum refert Io.Maur.in tractat.de reſtit.c.23.per ea quæ not.Butr. & alij in c.cum contingat,de iureiu.ſed poterat allegare tex.in l. ſi ex cauſa,in prin.ff.de min. qui tex.loquitur, quando res minoris diſtracta eſt ex cauſa iudicati, tunc pecunia ſoluta ex illa cauſa debet minori reddi, niſi ſua intereſſet potius corpora habere, & grande damnum ſubiret. Et ſic requirit ibi tex. grande damnum ratione rei iudicatæ & diſtractæ.leg.pen.ff.de minor,ſed non regulariter.Quia ſufficit quòd dictum damnum non ſit minimū, quod alias ad duos ſolidos taxatur.l.ſi oleum,in fin.cum l.ſeq.ff.de dol.licet arbitrio iudicis relinquatur.l.1.ff.de iu.delib.& c.ſtatutum.§.inſuper, de reſcrip.in 6. Et nullo iure cauetur, quòd enorme debeat eſſe damnum in reſtitutione minoris.Imò gloſ.dicit illum proleui damno reſtituendum, in l.in cauſę.§.idem Pomponius.ff.de minor.licet contrarium conſuluerit Iaſ.conſ.63.circa,col.6.lib.3. Imò minor poteſt reſtitui, ſi iuſtam habeat affectionem.l.ſi in emptionem. ff. de minor. Ergo & ſi modicum ſubeat damnum pro qualitate perſonæ & negocij, Alexand. conſil. 67. uidetur.libr.5.

E P I T O M E.

1 *Prouocans minor ad diuiſionem an lædatur.*

MILLEL. DCCLXXVIII.

1 MINOR † qui prouocauerat ad diuiſionem, ſi poſtea tranſegerit, etiam in præſentia conſanguineorum, iux.l. tranſactionem. C. de tranſ. poterit petere in integrum reſtitutionem, etiam ſi aliud grauamen non habeat, niſi quòd ad diuiſionem prouocauerat,quia is ad diuiſionem non poteſt prouocare.l.ſi pupillorum.ff.de reb.cor.leg.pen.C.de præd.minor.Corn.conſ.108.in præſenti,lib. 3.Quæ limitatur in aliquibus caſibus,ubi minori licet prouocare ad diuiſionem, quos ſcribit Soc.in tractat.fallen.regul.329. pupillus. Curt.Sen.conſil.67.ſapienter, nume.52.cum ſeq.uerſ.capio nunc aliam, Barba.in rep.rub. de reb.eccl.non alien.col.48.nume.181.& ſequent.

quent. Soc. conſ. 165. in fi.lib.2. Dec. conſil.349.conſuluit,Ruy.conſ.242.uiſa & benè intellecta.lib.1.

EPITOME.

1 *Requiritur minorem læſum facilitate ſua, uel dolo aduerſarij.*
2 *Facilitas allegari debet ſed non probari.*

MILLEL. DCCLXXIX.

1 ANTEQVAM † minor reſtitui poſsit requiritur quòd ſit læſus vel dolo aduerſarij,vel ſui facilitate.l.verum.§.ſciendum, cum §.ſeq.l.non omnia.ff.de minor. Quia non uidetur circumſcriptus minor, qui iure ſit uſus communi.l.fi.C.de in int. reſtit. Nec ſufficeret probare ſe læſum fuiſſe,ut per Bar. & Iacobi.in d.l.ſi.niſi probaret ſe dolo aduerſarij læſum,vel ſui facilitate. Et quando ſui facilitate decipiatur habes,vt quando emit plus iuſto precio,non tamen vltra dimidiū, quia tunc in re communi ſuccurreretur,per.leg.2.C.de reſcind.uend.Et quamuis in l.ait pretor.in princip.ff.de mino.non dicatur de inconſulta facilitate,tamen in d.§.ſciendum, hoc ſcribitur, ob id iſtud in libello debet adduci, quicquid dicant in contrarium quidam interpretes, ut firmat Ruy.conſ.119.uideretur, col. 3. num.
2 13.lib.5.Tamen † Barb.conſ.79. clementiſsimi,colum.1.libr.4.dicit minorem non teneri probare iſtam ſuam facilitatem, quia reſultat ex iuris diſpoſitione.l. 1. ff. de minor.gloſ.in clem.appellanti, de appel. ideo ſufficit in libello allegare,quòd per ſui facilitatem èſt deceptus,ſecundum Bar. & aliorum ſententiam in d.l.fin.nam ex læſione probatur dolus, vel facilitas reipſa, ut in leg. ſiquis cum aliter. ff. de uerb.oblig.

EPITOME.

1 *Eccleſia contra præſcriptionem reſtitui poteſt.*
2 *Antequàm quis reſtituatur aduerſus preſcriptionem requiritur iuſta cauſa.*
3 *Princeps peccat reſtitutionem ſine cauſa tribuens.*

MILLEL. DCCLXXX.

1 CONTRA † præſcriptionem eccleſia reſtituitur,per gloſ. in authent.quas actiones.C.de ſacroſ.eccleſ.ubi doct.& in cap. audiſtis,de in integ.reſtit.& doct.in c.1. de præſcript. & in hoſpitali conſuluit Rom. conſil. 407.cum preſupponatur,quem refert & ſequitur Dec.conſil.36. & pro tenui, colum.pen. Balb.de præſcript.in 1.q.5.par.q.2.Requiri-
2 tur † tamen iuſta cauſa, alioqui ſine cauſa reſcriptum tollens præſcriptionem non ualet. Ideo ratione ignorantiȩ quem reſtituendum contra præſcriptionem tradunt gl. & doct. in l.ſi partem.ff.quemad.ſerui. amit. & in l Ariſto.§.Labeo.ff.de dona. ſic conſuluit Alexan. conſ.84.in cauſa,col.2.lib.1.& conſ.89.uiſo puncto,colum.3.num.10.lib.1.& conſ.51.uideretur,colum.pen.lib.5.Corn.conſ.100.cōſuluit.lib.1.Et hæc eſt ſententia communis,
3 ſecundum quam eſt iudicandum. Et † ſi Princeps ſine cauſa tollat prȩſcriptionem peccat, redditurusque eſt Deo rationem, vt dicit Felyn.in c.quæ in eccleſiarum,de conſt. Et quando reſcribit contra præſcriptionem,debet dicere non obſtante temporis lapſu,& quacunque prȩſcriptione, ut aſſerit Caſſan. in conſuet.Burgund.rubr.des foreſtz.§.8. nume.10. cum ſeq.

EPITOME.

1 *Dicens contractum ſimulatum debet exprimere ſimulationis ſpeciem.*

MILLEL. DCCLXXXI.

1 CVM † multȩ ſint ſimulationum ſpecies, ille qui dicit contractum ſimulatum, debet exprimere & ſpecificare ſpeciem ſimulationis,Bar.in conſ.65.Petrus Nicolȩ, colum. 2.Bal.in l. ab Anaſtaſio. C. mandat. Vital. in tractat.clauſ.uerſic. qualiter opp. deb. excep. ſimul. ſic etiam conſuluit Alexandr. conſil. 111.uiſo ſuperiore, colum.1.libr.1.& conſil. 28.in cauſa. columm.3.libr. 5. Ancar. conſil. 227. ad corroborationem, colum.1. Dec.in leg.imaginaria,in fin.ff.de reg.iur. Barb. in c. ad noſtram,colum.2.de emp.& uendit. Fely. in cap.contingit, colum. ult. de fid. inſtrum. Vnde ſiquis mihi mutuauit centum aureos, & ego dem illi hypotecæ pratum, tamen in ipſo inſtrumento creditor uult, vt venditio inſcribatur, ut non teneatur ad fructus reſtituendos. Si potero probare me contraxiſſe pignus & non uenditionem,reſtitutis centū aureis potero pratum repetere. Verum quia materia eſt prolixa, & benè per Cepol.in ſuo tractat.de ſimul. contractat. deſcripta, ad illum te reijcio.

EPITOME.

1 *An exceptioni ſimulationis renunciari poſſit.*
2 *Quid ſi iuratum ſit.*

MIL-

MILLEL. DCCLXXXII.

1 SOLET à iuris interpretibus dubitari † ſi renunciatum ſit ſimulationi, an poſsit agi? Et reſpon. exceptioni ſimulationis renunciari non poſſe. Hoc docet Rom. in l. ſiquis cum aliter, ff. de uer. oblig. Card. & Imo. in c. ad noſtrã, de empt. & uend. refert & ſequitur Fely. in cap. ſi diligenti, num. 22. corolla. 9. limit. 6. de for. comp. Nam ſicut ſimulatus eſt contractus, ita & renunciatio, Bar. & alij in l.
2 nemo poteſt. ff. de leg. 1. Sed † ſi iuratum ſit in inſtrumento contenta uera eſſe, non audietur allegans ſimulationem; ita uidentur decidere Abb. & Imo. in c. cum contingat, de iureiur. & eos refert Fely. in d. c. ſi diligenti. Contrarium tamen tenet gloſ. in l. emptione. C. plus ual. quod agi. quam glo. probat Alex. in d. l. nemo, & conſil. 89. in fin. lib. 2. & conſ. 28. lib. 5. Iaſ. in §. item ſiquis in fraudem, num. 7. & in §. fuerat, num. 87. inſti. de act. ac in l. 2. colum. pen. ff. de iureiu. & in conſ. 36. libr. 1. Ferrat. caut. 16. Et ſic reſtituetur quis non obſtante ſimulatione, etiam ſi renunciatum fuerit, & cum iuramento per prædicta, habita tamen iuramenti diſpenſatione, Aym. conſ. 7.

EPITOME.

1 *Quadriennium reſtitutionis an ſit continuum.*
2 *Ignorans reſtitutionem ſibi competere eã ſemper petit.*
3 *Intellectus ad l. ſi ſuparuacuam.*
4 *Declaratio clem. un. de in integ. reſtit.*

MILLEL. DCCLXXXIII.

1 DICEBANT † quidam, minorem poſſe reſtitutionem petere intra quadrienniũ poſt legitimam ætatem perfectã, & iſtud quadriennium eſſe continuum, per l. ſi ſuperuacuam. C. de temp. in integ. reſt. peten. Alij dicebant utile in ſuo principio, ſed in progreſſu continuum, per l. annus. ff. de calum. Effectus erat, quòd ſi eſſet utile, non incipiebat currere, niſi quando minor certioratus erat ſe eſſe læſum, uel præſcriptione, vel ex alia cauſa, teſte Bal. in l. falſam, colum. 2. C. ſi ex falſ. inſtr. Card. in clem. 1. q. 25. de in integ. reſtit. & Abb. in c. 1. in fi. de pſcrip. Quia ille qui ignorat, non dicitur negligens, ergo non negligēter omittit, ut in c. vn. de in int. reſtit. lib. 6. & c. quia, de conceſſ. præb. Alex. conſ. 1. lib. 4. & Iacobi. in leg. fi. C. de temp. in integ. reſt. pet.
2 Ideo † ſiquis per centum annos non peteret reſtitutionem in integrum, quia probabiliter ignorabat ſibi competere, poterit tamen eam poſtea petere, teſte Bal. in d. l. falſam, colum. 2. Paul. de Caſtr. in l. fi. C. de dol. per l. fi. C. de temp. in integ. reſt. pet. ſic conſuluit Alex. conſil. 89. uiſo puncto, colum. 3. num. 11. & conſil. 169. uiſo themate, in fi. lib. 2. Marſ. in leg. qui falſam, nume. 91. ff. de fal. Ruy. conſil. 26. videtur, colum. pen. num. 21. lib. 3. præterea
3 † in d. l. ſi ſuperuacuam, dicitur dari quadriennium ad interponendam conteſtationem, finiendamque litem. Et ſic intra illud quadriennium debet lis conteſtari & finiri, & iurium interpretes ſuper hoc valde laborarunt. Sed aduerte in illo tex. legendum eſſe, ad interponendam conteſtationem ineundamque litē. Et ſic dabitur illud quadriennium ad conteſtãdam & ingrediendam litem ſuper hac reſtitutione. Et ita nouiter intelligitur illa. l. quicquid hactenus ſcripſerint doct. Et ſic legi in quibuſdam exemplaribus, facit. l. 2. ff. de colluſ. deteg. ibi (quinquennium autem non ad perficiendam retractationem, ſed ad inchoan-
4 dam puto præfinitum. Et † ſic intelligitur clem. un. de reſtit. in integ. ibi (iniri debet intra quadriennium continuum) licet ibi corruptē legatur finiri.

EPITOME.

1 *Generalis derogatio minoris priuilegia non tollit.*

MILLEL. DCCLXXXIIII.

1 IN generali † excluſione & derogatione priuilegiorum perrarò beneficio reſtitutionis minoribus competenti cenſetur derogatum, gloſ. ſing. in l. poſtquam liti. C. de pac. quam ad hoc not. Benedic. in rep. cap. Raynutius, in uerb. mortuo. 2. num. 180. de teſta. Quia beneficium reſtitutionis requirit ſpecialem derogationem. l. illud. §. fi. cum l. ſeq. ff. de minor. ſic conſuluit Signor. conſ. 234. in quęſtione, Iaſ. conſil. 38. colum. 2. libr. 3. Marſ. in rubr. de fideiuſ. nume. 282. Vide Io. de Pla. in leg. fi. C. de fid. inſtrum. lib. 10. Bal. conſ. 236. lib. 1. & Aret. in c. 2. col. ult. de prob.

EPITOME.

1 *Minor pendente reſtitutione cogitur ſtare contractui.*

MILLEL. DCCLXXXV.

1 VIDI in praxi dubitari † an pendente reſtitutione minor cogatur ſtare contractui, uel ſententiæ? Et quidam dicebant nõ teneri, per rub. & l. un. C. in integ. reſtit. poſtul.

ſtul.nil.no.fiat,facit.l.ſi cauſa.C.de tranſ.Sed hoc ſeruatur, quando cauſa reſtitutionis longum exigit tractatum,interim iudex per modum prouiſionis contractum, & ſententiam ſeruandam dicit cautione data, per. c. ſuſcitata, de in integ. reſti. Capy. deciſ. 53. Corne. conſil. 111.libr.1.& abunde per Vital.in tract.clauſ.in hac clauſula.

EPITOME.

1 *Iuſtus metus quis dicatur.*

MILLEL. DCCLXXXVI.

1 RESCISSIO † contractus ob metum facti competit, quando metus eſt iuſtus.c.ſi iuſtus,de appel.& dicitur iuſtus,quando eſt probabilis, & non uanus, quia tunc nō reſcinderetur,cum vani timoris nulla ſit excuſatio.leg.uani.ff. de regul.iu.Requiritur ergo metus mortis,uel cruciatus corporis.l.interpoſitas.C.de tranſ.leg.continet, in fi.ff. quod met.cauſ.c.1.illo tit.& debet metus eſſe talis, qui in uirum conſtantem cadat.cap.cum dilectus,de his quæ ui metuſue cau.fiunt.leg.metum.2.ff.illo tit.Et in hoc inſpicienda eſt qualitas perſonarum: quia ſi aliquis puſillanimus eſt, & leui metu terreri ſoleat, licet non caderet in conſtantem virum, tamen illi ſuccurreretur,arg.l.plenum.§.equitij. ff.de uſu & habita. Etiam minor metus conſideratur in muliere quàm in viro. c. 1. vbi doctor.de his quæ ui metuſue cau. fi.glo.in cap.cum locum, de ſponſ.faciunt not.per glo.in leg.1.C.und.ui. Ruy.conſ.60.lib.3.Marſ.ſing.407. Et ſic metus in conſtantiſsimo requiritur, qui in conſtātiſsimum caderet.l.metum autem. ff. quod met.cauſ.quamuis Dec.in l.in omnibus cauſis.ff.de reg.iur.dicat,ſuperlatiuum pro poſitiuo poni,quod vix inuenitur.Ideo intelligerē, conſtantiſsimum metum in homine conſtantiſsimo requiri in alio conſtante non tam magnū,in muliere fragilē & leuem pro qualitate mulieris. Et in omnibus iſtis iuſtus dicitur metus,quando ſubeſt iuſta cauſa periculi, per leg.metum autem,in princip.vbi Bar.ff.quod met.cau.Bal.in d.leg. interpoſitas, colum.2. ſic conſuluit Albert. Brun.conſil.82. ſuper difficultate, colum. 2. ubi plus dicit, alienationem factam in tyrannum dici iuſto metu factam,allegat Bar.in leg. prohibere.§. planè.ff.quod ui aut clam. Quis dicatur iuſtus metus & ſufficiens relinquitur arbitrio iudicis ex actibus probatis, teſte Inno. in c. cum dilecti,de his quæ ui metuſue cau. fiunt.

EPITOME.

1 *Metus quomodo probetur.*

MILLEL. DCCLXXXVII.

1 QVOMODO † metus probari poteſt? Reſpon.ex indicijs & præſumptionibus, Bar.in l.ſi ob turpem. ff. de cōd. ob turp.cau. Ancar. conſ.299.uiſa,& conſil. 410.ponderata. Ratio eſt, quia metus ſolet communiter clam inferri,unde leuior ſufficit probatio,arg.c.fi.de teſti.cog.Alex.conſ.156 viſo proceſſu,lib.5.& conſ.48.libr.3. Corne. conſ.41.colum.3.libr.2. Ac per duos teſtes, Bal.in l.noſtram.C.de teſta.Iaſ.in l.interpoſitas.C.de tranſ. Et hoc totum arbitrio iudicis relinquitur,Bal.in l.ſiquis in hoc genus.C.de epiſ.& cler.Bar.& alij in l.de pupillo.§.ſiquis ipſi.ff. de oper. no. nunc.per.l.4.ff. ex quib. cau.maio.vbi huius rei īquiſitio iudicis eſt.Et plus creditur duobus de metu deponentibus quàm centum de libera voluntate, quia de ſenſu corporis illi deponunt,utpote quia minas, vel verbera viderunt,uel audierunt: hi de libera voluntate deponunt, quæ eſt ſecreta, Bald. in conſ. ſciſmatis, & Dec. in leg. in omnibus cauſis,in fi.ff.de regul.iur.Abb.in cap. 1. quod met.cau.

EPITOME.

1 *Res per ſubhaſtationem vendita non repetitur per deceptionem.*

MILLEL. DCCLXXXVIII.

1 RES † per ſubhaſtationem uendita, præſumitur iuſto precio uendita, ideo non poteſt reſcindi,glo.in l.1.in uerb.magni precij.ff.de iu.fiſ.& glo.in l.ſi minori.C. illo tit. lib.10.tex.in l.1.C.de præd.cur.lib.10. Ang. in l.ſciendum,in prin.ff.de uer. oblig. Soc.in reg.436.&reg.226. Barba.conſ.65.colu.14. lib.4.Contrarium tenent Bar. in leg. 1. C.de præſcrip.30.an.per.leg.ſi quos.C.de reſcind. uend.Quia non ſequitur, eſt uendita ad præconium & incantum, ergo iuſto precio. Et iſta eſt communis ſententia, quam tradunt, ſcrib.in l.precia rerum.ff.ad l.Falc.quæ etiam ſeruatur in forenſi iudicio.

EPITOME.

1 *Decretum iudicis facit præſumere venditionē iuſto precio.*

MIL-

MILLEL. DCCLXXXIX.

1 QVANDO † res eſt uendita per decretum iudicis, ceſſat præſumptio enormis læſionis, & conſequenter remedium.l.2.C.de reſcind.vend.per tex.in.l.1.C.de præd.cur.lib.10.& ibi Bar.& in.l.ſiquos.C.de decur.eod.libr.Ang.Alex.Hercul.in l.precia rerum.ff.ad.l.Falc.Contrarium tenet Abb.in c.cum cauſa,de emp.& vend.Rom.& Imo.in.l.ſiquis cũ aliter.ff.de ver.obl.Alex.& Iacobi.in.l.pacta nouiſsima.C.de pac.per gl.ſing.in.l.1.C.de fid.inſtr.& iu.haſtæ fiſc.libr.10.Quia decretum prætoris non debet iuri de rogare.l.1.ff.de fer.Nec quis debet decipi ſub clypeo prętoris.l.1.in fi.C.de his qui uẽ.æta.imp.Et eadem facilitate,qua eſt decepta pars,& iudex.Ideo hoc decretum operatur,quòd facit præſumere rẽ venditam iuſto precio, ideo pars decepta tenetur probare læſionem,& nõ præſumitur dolus ratione iudicis, Bal.conſil.375.caſus,lib.1.& conſ.513.iudex,lib.5.Barba.conſ.6.col.14.lib.4.

EPITOME.

1 *Iuramentum an tollat remedium.l.2.C.de reſc.uend.*

MILLEL. DCCXC.

1 QVANDO † læſus iuraſſet non venire contra venditionem,nõ poterit tũc petere illius reſciſsionẽ,gl.& doct.in l.2.C.de reſcind.vend.Ant.Burgos.in c.cũ cauſa,vbi alij,de emp.& uend.Bal.in.l.quæ ſub conditione.§.1.ff.de cond.inſtit.Alex.conſil.42.ſuper præmiſſo,lib.1.nu.16.& ſeq.Iaſ.in conſ.76.uiſis,in fi.lib.1.Et iſta eſt communis concluſio,vt firmat Soc.conſ.136.præſtantiſſime.in ſ.lib.1.& conſ.48.viſo,in fi.libr.4.& in tract.fall.reg.226.vbi tradit 12.limit.Vidi tamen ſeruari in pratica contrarium,vt habita diſpenſatione iuramenti poſſet venire cõtra,ne iuramentum ſit iniquitatis vinculum:& ita tenet Caſſad.deciſ.vn.de emp.Quamuis Abb.conſ.71.in hac cauſa,col.pen.dicat abſolutionem non debere concedi,lib.1.ſed praxis contrarium ſeruat.

EPITOME.

1 *Quilibet in officio publico delinquens inſolidum tenetur.*

MILLEL. DCCXCI.

1 SI † plures admittantur ad communionem officij publici, & ſimul in officio delinquant,quilibet inſolidum tenetur, ſed omnes pro ſua parte preſtabunt,niſi ab vno exigi non poſsit:quia forte non eſt ſoluendo.l.ſi multi.ff.de publica.Bal.in c.edoceri,col.2,nu.3.de reſcrip.Boer.deciſ.310.ſi plures.

EPITOME.

1 *Mercatores ſtatuta facere poſſunt, & ſuper quibus.*
2 *Iudicandum inter mercatores ex bono & æquo.*

MILLEL. DCCXCII.

1 MERCATORES † & artifices poſſe inter ſe ſtatuta facere: quæ auctoritate magiſtratuum roborantur, & cenſentur à iure communi confirmata.§.fi.in auth.de fideiuſ.coll.2.Et ideo ſeruãda ſunt in ſingulis curijs,& ſecundum ea iudicandum,tam in curia mercatorum,quàm epiſcopali & ſeculari, vt not.in.l.ex ea.ff.de poſtul.Soc.conſ.188.colum.5.verſ.minusq; obſtat,lib.2.Quod eſt verum, quando reſpicerent actus illorum.Secus ſi dicatur quòd procedatur ſummariè, quia intelligitur in curia eorum,teſte Bal.in tract.ſtatut.
2 in verb.curia.q.vlt.Et † inter illos iudicari ex bono & æquo debet,Bar.in.l.quintus.ff.mãd.Curt.Iun.in.l.bona fides.ff.depoſ.Ang.conſi.77.plures creditores, col.2.& non ex rigore iuris,Bertrand.conſ.263.non poteſt, col.vlt.lib.2.De quibus vide Bar.in.l.ambitioſa.ff.de decr.ab ord.fac.Bal.in tract.de conſtit.col.3.doct.in.l.fi.C.de iuriſd.om.iud.Albert.Brun.in tract.ſtatut.in verb.mercator.

EPITOME.

1 *Mercatores nudo pacto obligantur.*

MILLEL. DCCXCIII.

1 NVDO † pacto mercatores obligantur,licet in alijs regulariter contra.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pac.Bar.& alij in l.quintus.ff.mand.in fi.quia inter eos agitur ex bono & æquo.Tamen ſine cauſa non obligantur,vt conſuluit Paris.conſ.96.quamuis, col.2.li.3.per.l.cum de indebito,in fi.ff.de prob.&.l.2.§.circa.ff.de dol.except.

EPITOME.

1 *Nobilitas mercatura amittitur.*

MILLEL. DCCXCIIII.

1 ADVERTENDVM eſt † quòd nobilis exercés mercalē artē, perdit nobilitatē, quādiu eā exercet. l. nobiliores, ubi Bal. C. de cōmerc. & merca. Bar. & alij in l. 1. C. de dign. lib. 12. ſed ſi exercitiū artis deſerat, ipſo iure reaſſumit eā. l. ingenuū. ff. de ſta. hom. clē. fi. de ui. & hon. cler. Et hic tenetur ad ſoluēdum collectas, teſte Guid. Pap. q. 196. nobiles, & q. 391. quid autem, & in hanc ſentētiā inclinat Calca. cōſ. 8. in cauſa. uide Tiraquel. de nobilit. q. 27. Nec putarē hāc negociationē obeſſe filijs, quominus nobiles dicere ſe poſsint, licet nati ſint ex nobile exercēte negociationē: vt docet Bonus de Curtili in tract. ſuo nobil. par. 3.

EPITOME.

1 *Agricolæ non amittunt nobilitatem.*

MILLEL. DCCXCV.

QVI maiori parte temporis circa colēdos agros verſantur, licet artē aliquam exerceāt, artifices tamē nō dicūtur, vt cōſuluit Corn. cōſ. 318. ex pluribus, libr. 1. & appellatione artificū nō cōtinētur agricolæ, text. in c. quod ſuper, de uot. ibi (artifices & agricolæ) Nā hi licet laborauerint in proprijs poſſeſsionibus, non perdunt nobilitatem: ſecus in mercatoribus, vt docet Guid. Pap. q. 41. fuit dubitatum.

EPITOME.

1 *Negociatores qui dicantur.*
2 *Signum alterius alter non poteſt accipere.*

MILLEL. DCCXCVI.

1 NEGOCIATOR † eſt, qui rē emit, & nō mutata forma illā vēdit, vt lucretur, artifices cōtra. c. ejiciēs, & c. quid eſt aliud. 88. diſtin. hoc docet Arch. in c. quāquàm, de cēſib. in 6. Rom. in l. ſi publicanus. §. 1. ff. de publica. Bertrād. cōſ. 214. multæ ſunt, col. 2. libr. 2. & de his loquit̄ tex. in l. eos. ff. de decur. & in rub. C. negoc. ne milit. li. 12. & hi negociatores neceſſarij ſunt in ciuitate. l. fi. ff. de nund. Et Negociatoris verbū generalius eſt, q̄ mercatoris,
2 vt docet Signor. cōſ. 95. q. 3. nu. 25. Vnde † ingenioſus mercator & artifex propter ſui operis integritatē, ne alius ſuū ſignū vſurpet, prohibere pōt, ne cōfundātur operæ cuiuſlibet, & nō diſcernatur bonū opus à malo, teſte Io. de Plat. in l. ſtigmata. C. de fabric. lib. 11. Abb. in c. dilecta, de exceſ. præla. & Guil. Bened. in rep. c. Raynutius, in uerb. de Clera, de teſtam. Et artificiū potentius eſt officio, ex artificio quippe vberior & honeſtior quæſtus percipitur, not. in l. legatis. §. 1. ff. de leg. 3. Luc. de P ē. in l. cū. in fi. C. de mū. & in quo loc. mū. li. 10.

EPITOME.

1 *Cum mala fide non præſcribitur.*

MILLEL. DCCXCVII.

1 PRAESRIPTIO † nō procedit cū mala fide. c. uigilanti, & c. fi. de præſcrip. reg. poſſeſſor. de reg. in 6. gl. & doct. in c. quę in eccleſiarū, de conſtit. Io. And. in c. 2. de except. Paul. Caſtr. in l. ſiquis. 2. in fi. ff. de cōd. inſtit. alioqui induceret peccatū, vt etiā firmat Abb. & alij in rub. de præſcrip. Corn. conſil. 269. in hac, col. 3. verſ. quod limitetur, & cōſ. 328. videtur lib. 1. Ab iſtaque opinione non eſt diſcedēdū, vt quia eſt cōmunis, & vſus eā approbauit à mille annis citra, teſte Alex. conſ. 73. in cauſa appellationis, col. 2. lib. 6. quē ſequitur Gomes. in prin. nu. 67. cū ſeq. inſt. de act. Bal. conſ. 184. municipale, lib. 5. Ferrat. caut. 38. explorati iuris.

EPITOME.

1 *Pactum interumpit præſcriptionem.*

MILLEL. DCCXCVIII.

1 QVANDO † debitor feciſſet pactū creditori, ꝙ poſſet cū cōuenire quādocūque vellet, pręſcriptio interūpitur. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi q̄d ita, & ibi Ang. not. 3. ff. de ędil. edic. Cepol. caut. 75. Cautela. Et idē ſi conueniat, quòd finita præſcriptione iterū deberi incipiat. l. ſicut. ff. quib. mo. vſuſ. amit. Cepol. caut. 65. in multis: quia videtur præſcriptioni renūciatum ſecundum eum. Sed contrarium. tenet Alex. conſ. 170. uiſis ſtatutis, col. 2. lib. 7. Bar. & alij in rep. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & in l. nemo. ff. de leg. 1. Rom. in l. 1. ff. de uſucap.

EPITOME.

1 *Iuramentum an perpetuam faciat actionem.*

MILLEL. DCCXCIX.

1 SI † DEBITOR iurauit ſe ſoluturum, tunc iuramentum perpetuat actionem. l. nam poſtea. §. ſi is qui temporali. ff. de

iureiu. Bar. Iaſ. & alij in l. 1. &. 2. ff. de iureiu. Iaſ. in add. ad Porc. in . §. ſed aliquando, inſt. de uſucap. & ita dicit ſe obtinuiſſe Marſ. ſing. 141 . audiuiſti. Ego tamen putarem in forenſi iudicio hoc non ſeruari: quia iuramentum intelligitur ſecundum contractum & actum, in quo interponitur. l. fi. C. de non nu. pecu. Ideo iuramentum intelligitur, ſi creditor petat intra tempus præſtitutũ, vt videtur concludere Alex. conſ. 170. uiſis ſtatutis, col. 2. lib. 7. & iuramentum intelligitur rebus ſi ſtantibus. l. fi. ff. qui ſatiſd. cog.

EPITOME.

1 *Pars nihil opponens condemnatur.*

MILLEL. DCCC.

1 PArs † nihil opponẽs condẽnatur. l. 4. §. hoc autem iudiciũ. ff. de dam. inf. l. uniuerſa. C. de precib. Imp. offer. Nam licet teſtamentum, in quo filius præteritus ſit nullũ, hoc eſt verum, ſi filius hoc petat. l. filio. ff. de in iu. teſta. vbi glo. & doct. Iaſ. in l. poſthumo, nume. 22. C. de bon. poſſ. cont. tab. Rebuf. in cõcord. Frãc. tit. de colla. §. ſiquis verò, in verb. ipſo iure, tex. in l. nam & poſtea, ĩ prin. vbi Bar. ff. de iureiu. l. 1. ad Maced. l. 2. ad Velleia. l. 1. §. ſublata ff. ad Treb. Bar. in l. un. ff. de cond. ex. l. Ias conſ. 7. adeo, lib. 1. Rip. in d. §. hoc autem iudicium. Cum præſcriptio actionem excludat, c. ad aures, de præſcrip. opus eſt vt opponatur, Fely. ibi poſt Bal. in l. ſi pœnæ. ff. de cond. ind. & in l. 1. C. ſi aduers. cred. & in l. ſicut, ubi etiam glo. ff. de præſ. 30. an. Balb. in tract. pręſcrip. in 1. par. q. 8.

EPITOME.

1 *Epiſcopo de legatis confraternitatis non debetur quarta.*

MILLEL. DCCCI.

1 EX † legatis factis fraternitati non debetur quarta Epiſcopo, ſicut de alijs relictis eccleſiæ. c. requiſiuiſti, de teſta. quia perſonis & non loco relictum videtur Abb. & Imo. in c. officij, eo. tit. licet ibi Barb. teneat contra, & in conſ. 1. lib. 4. ſuper quo diſtinguit Petr. de Vbal. in tract. de cano. epiſ. lib. 1. q. 14. quia fraternitas non eſt de iuriſdictione Epiſcopi, cũ Epiſcopus non exerceat iuriſdictionem ibidem, cum non ſint loca ſacra, vel religioſa, vel eccleſiaſtica, quibus eccleſiæ non poſſunt accedere, nec alia iura ſpiritualia, clem. per literas, de præb. facit. c. ſacroſancta, &. c. Meſſana, de elect. doct. in clem. quia contingit, de relig. dom. Ideò ſi haberent proprium tẽplum, tunc quarta Epiſcopo deberetur: vt docet Alex. conſ. 102. ſuper primo, lib. 7. alioquin non.

EPITOME.

1 *Non legitimè captus in eccleſia, debet reſtitui eccleſiæ.*

MILLEL. DCCCII.

1 QVANDO † præhenſio non eſt ritè facta in eccleſia, captus debet reſtitui eccleſiæ à qua fuit extractus: docet Old. cõſ. 54. an fugiens, & eccleſia petere poteſt, vt reſtituatur priſtinæ libertati, qua de facto fuit priuata. l. 1. & 2. ff. de lib. hom. exhib. Abb. & alij in c. inter alia, de immu. eccleſ. per tex. in. c. miror. 17. q. 4. Alex. conſ. 145. uiſo themate. in fi. lib. 7. Barba. conſ. 33. Deum inuocent, col. 1. lib. 4.

EPITOME.

1 *Donatio preſumitur ad importunitatem facta.*

MILLEL. DCCCIII.

1 DONATIO † facta ad poſtulationẽ alicuius per Principẽ, cẽſetur facta per importunitatem. l. 1. C. de pet. bon. ſubl. libr. 10. doct. in l. 3. ff. quod quiſq; iu. Rom. conſil. 436. quod indultum, col. 4. nu. 19. Iaſ. in l. ſi teſtamentum, col. 2. C. de teſta. Soc. conſ. 62. uiſis, col. vlt. lib. 4. ac plenè Marſ. ſing. 6. incip. in Principe.

EPITOME.

1 *Clauſula ex nunc prout ex tunc quid operetur.*

MILLEL. DCCCIIII.

1 CLAVSVLA † ex nunc prout ex tunc, quid operetur, eſt glo. in clem. vn. de cõceſ. præb. & in clem. 1. de iurepatr. Fely. docet in c. licet, not. 6. de prob. Guid. Pap. deciſ. 688, clericus, & in reg. cancel. 23. Dec. conſ. 405. & Barba. conſ. 64. col. 8. lib. 4. Gomes. in §. rurſus, col. 9. inſt. de act. Iacobi. in l. 1. in fi. C. de pac. glo. in prag. ſanc. §. vt vero prout, de collat.

EPITOME.

1 *Pater filio ſibi donanti an poſſit conſentire.*

MIL-

MILLEL. DCCCV.

1 QVANDO † filius donat cauſa mortis patri, an pater ei conſentire poſsit? Et dicunt generaliter hoc poſſe, dando ei poteſtatem donandi, quibus velit, tūc & patri donare poterit: diuerſum eſt ſi conſentiret tantum, vt eidem patri donaret, tūc non valeret. Et ita conſuluit Dec.conſ.255. in cauſa, col.2.& allegat Soc.idem tenere conſ.112. multum abundè, col.2.libr.3.& Corn. conſil. 242. circa primum, col.2.lib.4.

EPITOME.

1 *Iuramentum an ſuppleat inſinuationem.*

MILLEL. DCCCVI.

1 QVIDAM tenent † quòd iuramentum ſupplet defectum inſinuationis, vt Io. And. in add.ad Specul. in tit. de inſtr. edit.§.porrò, uerſ.donatio. Et hanc ſententiā plene proſequitur Imo. in c.cum contingat, in 10. memb. de iureiu. Et hæc eſt communis opinio omnium ferè Cano. vt dicit Corn.cōſ. 221.lib.1.& conſ.186.li.2.Soc.conſ.77. cir. fi.lib.1.Rub.conſ.59.nu.2.Paris.cōſ.33. nu. 45.lib.3.Dec.conſ.536.nu.14.Bertrand.cōſ. 22.nu.5.lib.2.in 2.par.Iaſ.conſ.51.nu.3.lib. 1.Tiraq.in rep.l.ſi unquàm, in præfa.nu.143. C.de reuo.dona.Soc.Iun.conſ.117.nu.12.li. 2.Curt.Iun.conſ.34.nu.1.conſ.47.nu.8. cōſ. 81.nu.6.Ruy.conſ.159.nu.15.lib.4. & conſ. 182.nu.13.lib.1.Grat.conſ.70.nu.28.lib.1. Bellon.conſ.60.nu.19.Alcia. in c.cum cōtingat, nu.170.de iureiu.Aym.conſ.118.num.1. Alba conſ.4.num.20. Et hæc proculdubio eſt magis communis. Sed tamen egò in cōtrariū inclino, ut non ualeat donatio etiam iurata, ſi non ſit inſinuata: quia iuramentum ad hoc vt aliquid operetur requirit tria. Primò, quòd perſona ſit habilis, uel per iuramentum habilitetur. Secūdò, ꝙ ſit generalis forma obſeruata. Tertiò, ꝙ res nō ſit prohibita.l.ſiquis inquilinos, in fi.ff.de leg.1.Bal.ī l.illud.C. de ſacroſ. eccleſ. Sed quādo inſinuatio omittitur, generalis forma legis non ſeruatur, ergo nō ualet, ſiue ſimpliciter iurauerit ſuper contractu ſiue iurauerit tenere ratam non obſtante inſinuatione: quia in utroq; caſu requiritur inſinuatio. Primò, quia nō pōt renūciari legi diſponēti inſinuationē eſſe faciēdam: quia nō eſt introducta in fauorē donātiū, ſed ī odiū recipiētiū clandeſtinas donationes, & ne quis prodigaliter ſua ſubſtantia utatur.arg.l.Imperator.ff.ad Treb. Et legi ponenti ſolennitates non poteſt renūciari.l.nemo poteſt, ubi plenè doct.ff.de leg.1.Bar.in.l.ſiquis pro eo.ff.de fideiuſ.

EPITOME.

1 *Pater filijs naſcituris ſtipulari poteſt.*

MILLEL. DCCCVII.

1 POTEST † quis ſtipulari filijs naſcituris, Bar.in l.quod dicitur.ff.de ver.obl.Guid. Pap.q.267.pactū, Dec.cōſ.245.in cauſa, Imò etiā notarius poterit illis ſtipulari, glo.in l.huiuſmodi.ff.de leg.1.Bar.& alij in l.ſi pupillus. ff.rem pup.ſalu.fore, Bertrand.conſil.138. ex themate, col.1.& conſ.140.nu.17.lib.2.

EPITOME.

1 *Conſtitutio precarij an trāſferat poſſeſſionem, & quam.*

2 *Noua declaratio in conſtitutione precarij contra doct.*

MILLEL. DCCCVIII.

1 NOTANDVM eſt † quòd donans pratū, vel aliam rem alteri, ſi in inſtrumento conſtituat ſe illud poſsidere nomine precarij donatarij, transfertur poſſeſsio in donatariū. l.in rebus.ff.de preca. Nam quod meo nomine poſsideo, poſſum & alieno nomine poſsidere, nec.n.muto cauſam poſſeſsionis, ſed deſino poſsidere, & alium poſſeſſorem miniſterio meo facio: nec idem eſt poſsidere, & alieno nomine poſsidere: nam is poſsidet, cuius nomine poſsidet.l.quod meo.ff. de acq. poſſ.

2 Sed † videtur obſtare.l.& habet.§.eum qui precario.ff.de preca.vbi rogatus & qui rogat uterq; poſsidet, ergo nō trāsfert poſſeſsio. Reſp. aliquādo qs rogat me, vt precariò cōcedā ei domū, ſi cōcedam poſsidet naturaliter corpore, vt dicit ille.§.& ego ciuiliter animo nec.n. cōcedēdo amitto poſſeſsionē ciuilē.l.clā poſsidere.§.1.ff.de acq.poſſ. Sed ſi donē domū alicui, & cōſtituā me poſsidere precario nomine ipſius, tunc & naturalis & ciuilis poſſeſsio in donatariū trāsfertur: ratio eſt ī hoc vltimo caſu, quia conſtituendo me pecario nomine ipſius poſsidere, illam poſſeſsionem naturalem, quā habebā, trāsfero in illū, & ſic cōfiteor me poſsidere ſuo nomine tā naturaliter quàm ciuiliter.l.nō ſolū, in fi.ff.de uſuc. Diuerſum ē, qn̄ meā domū cōcedo nō prçcedēte titulo alicui nomine precario: qa tūc ipſe quādiu voluero poſsidet naturaliter, & mea volūtate, & ego ciuiliter. Et ita vr̄ dicēdū: quāuis doct. nō animaduerterint, licet tradāt differentiā, an qs cōſtituat poſsidere nomine alterius, an nomine precario alterius: qa cōſtituēdo ſe poſsidere nomine alterius trāsfert poſſeſsio utraque, ſic

nomine precario naturalis tantum . Dixi hoc non eſſe uerum:quãuis Tiraquel . in ſuo tract. de iure conſt. poſſeſ. multos ad hoc adducat comites. Sed non aduertunt; quia ſiue quis ſe cõſtituat nomine alterius poſſidere ſimpliciter, ſiue precario nomine, is q̃ ſic cõſtituit nõ poſsidet, ſi præceſſerit titulus habilis, alioqui eſſet contrarietas in eodem ſubiecto, quòd quis poſsideret p ſe,& nomine alterius, quod nõn poteſt eſſe.d.l.quod meo.Ergo illa doctrina non eſt uera,ſed eſt intelligenda, ut ſuperius diſtinxi.d.l.non ſolum.§.fi.de uſucap.

EPITOME.

1 *Effectus ſingulares conſtituti.*
2 *Cautela pro creditore.*

MILLEL. DCCCIX.

1 NOTANDI † ſunt effectus ſingulares conſtituti.Nam is in cuius fauorem fit conſtitutum,poteſt ingredi poſſeſsionem ſua auctoritate,quod aliàs non faceret, niſi uellet eſſe prędo.l.ſi ex ſtipulatione,vbi Vincẽt.Hercul.& alij hoc not.ff.de acq.poſſ.Etiam eſt vtile, quia ſi hic inueniat reſiſtentes in capienda poſſeſsione, poterit eos repellere ſuam defendendo poſſeſsionem per conſtitutum acquiſitam,ſecus ſi data fuerit tantum facultas poſſeſſionem apprehẽdendi,Bar.in l.creditores. C. de pign. Aret. in.d.l. ſi ex ſtipulatione, Alex. conſ.82.perſpectis,col.2.lib.2.Item vtile eſt ad hoc, vt ſi debitor conſtituat,ſe omnia bona ſua tenere,& poſsidere nomine creditoris,uel nomine precario dicti creditoris, tunc ſi poſtea debitor alienet aliquam rem ſuam, poterit creditor agere contra poſſeſſorem nulla excuſsione debitoris pręcedente:& aget non hypotecaria ſed condictione ex.l. ſi . C. de acq. poſſ. auth. hoc ſi debitor . C . de pign. Cepol. caut. 31 . regulariter, Ang.in §.item ſiquis in fraudem,col.5.inſt.de act.Alex.conſ.85.pon
2 deratis,col.1.lib.6.Ideo † ſis cautus, vt in inſtrumento obligatorio facias apponere iſtam clauſulam . Quòd dictus debitor conſtituit ſe tenere omnia bona ſua & ſingula nomine creditoris precario uſq; ad plenam debiti ſatisfactionem & integram.Sed contrarium conſuluit Barba.cõſ.28.ſcripſit belliſsimè,li.1. Has opiniones conciliat Crot.in rep.l.ſi is qui pro emptore,col.65.verſ.tertiò quęritur.ff.de vſucap.vbi tres caſus diſtinguit.

EPITOME.

1 *Conſuetudo non poteſt vſuras permittere,nec Princeps.*

MILLEL. DCCCX.

1 CONSVETVDO † non poteſt aliquid contra ius diuinum diſponere . c .fi. de conſuet.l.eos.§.1.in verb.conſuetudinis . C . de vſur.Ideo non valet conſuetudo,nec ſtatutum,vel lex diſponẽs contra ipſum ius.c.quia in omnibus,de uſur.Et ſic communis vſus vel obſeruantia non facit licitam vſurarum exactionẽ,quę à iure diuino prohibita eſt, Bal.in tit.de pac.Conſt.verb.nos Romanorum, etiã in vno numo,Bal.in rub.de cõſuet.col.3 . nu. 24.Si ergo conſuetudo,quæ uim legis habet, non hoc poteſt,ſic nec Princeps,Alex. conſil. 107. pro inueſtigatione,col.1.lib.2. Imò omnes leges permittentes vſuram non ualent:q̃a ſunt contra legem Dei, & inferior non poteſt legi ſuperioris derogare.clem. ne Romani,de elect.glo.in auth.ad hæc.C.de uſur.Abb.in cũ ſit generale,col.6.de for. cõp.& Ambrog. de Vigna.in rep.c.ſalubriter,nu.31. cum ſeq. de vſur.

EPITOME.

1 *Bona patris pro legitima ſunt tacitè obligata.*

MILLEL. DCCCXI.

1 BONA † teſtatoris, qui reliquit minus legitima filio,ſunt tacitè ei hypotecata pro legitimæ ſupplemẽto,iux.terminos.l. omnimodo . C. de inoſ.teſta.quia quod debet ſuppleri,cẽſetur relictũ,Bar.l.hac edictali, col.3. verſ.& primò quæro.C.de ſecund.nup. & pro relictis ineſt tacita hypoteca.l.1.C.com. de lega. ergo & pro iſto ſupplemento, ſic concludit Dec.conſ.235.in caſu,col.ult. Licet ſecus quãdo legitima fuiſſet relicta : vt docet Alex. in l.in quartã.ff.ad.l.Falc.cõſ.78 . clariſsimè, lib.3.col.2.conſ.117.viſo,nu.18.lib.6. & cõſi.154.lib.7.ſed forte idem erit vtroq; caſu.

EPITOME.

1 *Effectus tacitæ hypotecæ qui.*
2 *Emptor quando precium ſoluere nõ teneatur.*

MILLEL. DCCCXII.

1 NOTANDVM eſt † quòd effectus tacitæ hypotecæ non eſt minor quàm expreſſæ,Dy.in reg.q prior.de reg.iu.in 6.Bar.ĩ l.is q.ff.de iu.fiſ.& in l.vn.C.rẽ alien. ger. facit gl.in l.item quia,in fi.ff.de pac.& in l.2.in
2 fi.de reb. cred. Item † quando quis emit rem hypotecatam alteri , non tenetur emptor ſoluere precium uenditori, etiam ſi res fuerit ſibi tradita, niſi res prius obligatione liberẽt,

tex.

tex.& ibi Bar. Bal.& alij, in l.ex prædijs. C.de euict. Imò poterit agere quantum ſua intereſt alteri non fuiſſe obligatum.l. ſi rem meam, & ibi Bar.ff.de ſolut.Angel. & Alexã.in l. 1.§. ſi hæres.ff.ad Treb.

EPITOME.

1 *Vxor quando executionem in bonis mariti impedire poſſit.*

MILLEL. DCCCXIII.

1 POTERIT † vxor impedire executionem factam in bonis mariti,probando ui rum uergere ad inopiam.l. ſi conſtante. ff. ſolut.matr. Bald.Nouel.in tract. de dot. par. 7. priuil. 18.in ſi.& priuil. 24. etiam antequam egerint & diſcuſſerint bona mariti debitoris non obſtante auth. hoc ſi debitor, C. de pig. quæ loquitur quando quis uellet agere contra tertium poſſeſſorẽ,ſecus ſi uellet ſe opponere, Imo.in l. à diuo Pio. §. ſed illud ff. de re. iud. Nec poſſent creditores hoc caſu offerre dotẽ ĩ pecunia, & relaxationem bonorum petere, Bar.in d.l.ſi conſtante.7.q. 3. par. & in l. cum tibi.C.qui pot.in pig.hab. Soc.conſi.111.uiſa,lib.3.ſed poterit uxor unum predium.ex meli oribus eligere uſque ad concurrentem ęſtimationẽ dotis.l.creditoris.ff.de diſtrac.pign. Bar.& Aex.in d.l.ſi conſtante.

EPITOME.

1 *Non ſoluens cenſum non priuatur iure.*

MILLEL. DCCCXIIII.

1 SI is † qui debet cenſum, illum non ſoluerit per triennium, non cadit iure ſuo, glo.in c.conſtitutus,de relig.dom.Alex. conſil.14.col.3.lib.3.Capy.deciſ.196. Soc.conſ. 266.col.4. lib. 2. Sed de conſuetudine eſt, ꝙ priuetur ſicut in emphyteuſi, ut aſſerit Ioan. Fab.in §.adeo, col.ult.de loca.in inſt.ut refert Boer.in §.14.de conſue. fond. Imò quòd non priuetur, etſi adſit conſuetudo in contrariũ teſtatur Iacob. Rebuf. in l. fundi. C. de fund. patrim.lib.11.

EPITOME.

1 *Differentia inter contractum cenſualem et emphyteuticum.*

MILLEL. DCCCXV.

1 DOCTORES † conſtituerunt differentiam inter contractum cẽſualem & emphiteuticũ. Nam cenſilalem dicunt, quando translatum eſt utrumque dominium, & directum & vtile in recipientem, & quicquid iuris habebat concedens retento ſibi tantum cenſu. In emphyteuſi autem concedens retinet ſibi directum dominium,tex.& ibi glo. in c. conſtitutus, de relig.domi. l. 1.& 2.ff. ſi ager uectig.uel emphy.peta. Bat.in l.1. §. 1.ff.de publica. Imo. in c.ad audientiam. de reb. eccl. non alien.Alex. conſi. 14. col. 3. lib.2.Iaſ.in l.1.nume.48.& ſeq. C.de iur.emphy.& conſi. 63.uidi motiua,col.1.& 2.lib.1. Ideo ſi domi nus dicat concedendo rem. Quicquid iuris in tali rè habeo, etiam ſi dicat in emphyteuſim do: tamen erit contractus cenſualis non emphyteuticus,p tex.ſing. in d.c.cõſtitutus, Barba.in c.ad audientiam, not. 3.de reb.eccl.nõ alien.& Iaſ.in d. l. 1. Et in dubio præſumitur potius contractus cenſualis quàm emphyteuticus, glo.& doct.in d.c.conſtitutus,Soc.cõſ. 266.in cauſa,col.3.uerſ.in contrarium,lib. 2. Caſſan.in conſuet. Burgun. in rub.des cenſes.

EPITOME.

1 *Cenſus omnis præſcriptibilis, niſi in certis caſibus.*

MILLEL. DCCCXVI.

1 ADVERTENDVM eſt † ꝙ omnis ſolutio cenſus eſt præſcriptibilis. l. plures. C.de fi.inſtr.gl.in c.tua.2.de decim.Niſi quæ datur in ſignum ſubiectionis, quando ſubiectio non præſcriptibilis eſt, Abb.in c.cum cõtingat,col.3.de for. comp. & in c. ad audientiam, ubi Fely.nu.20.de preſcript. Abb. in c. ſignificauit,de teſtib.per tex.in c.conſtitutus, de relig. domi. vbi cẽſus in ſignum ſubiectionis non præſcribitur, Boer.in §.4.de præſcrip. Cuma.conſi.149.in quodam, & Fulg. conſi. 166.in quæſtione,col.2.Balb.in tract.præſcr. in 2.par.5.par.q.1.Pariſ.cõſ.13.circa.col.ult. lib.4.Caſſan.in conſuet. Burg. tit. des cenſes. §.2.Vnde cenſus,qui datur Principi ſupremo. c.magnum.11.q.1. non præſcribitur, per.l. comperit.C.de præſcrip. 30. an.

EPITOME.

1 *Indiuidua res inducit licitationem.*

MILLEL. DCCCXVII.

1 QVANDO † res non recipit commodã diuiſionem,ut molendinum,tũc deueniendum eſt ad licitationẽ,& is licitando obtinebit,qui maiorẽ habet partẽ, ſi æquale offerat precium.l.ſancimus.§.ſin autem, vbi glo.C.de dona.l.2.C.quãd.& quib.quar. pars: debe.lib.10.l.2. C. de metalla. lib.11. Petr.

de Vbal.in tract.de duob.fratri. in part. 12.q. 12.Et ſi creditores ſint hinc inde æquales,præualebit numerus perſonarum. l.maiorem. ff. de pac.Aret.conſ.157.col.3.Capy.deciſ. 36.

EPITOME.

1 *Offerenti plus res licitata adiudicatur.*

2 *Eccleſia an poſſit gratificare iuſtum precium offerenti.*

MILLEL. DCCCXVIII.

1 PLVS † offerenti res licitata dari debet, per tex.in auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccleſ.l.ſi tẽpora.C.de fid.inſtr.lib.10. vbi Bar.dicit,illa verba inducere obligationẽ præciſam, adeo ꝙ in hoc nõ ſit gratificationi locus.Idem docet Berth. in tract. de gabel. in 2.par.q.9.facit gl.in uerb.facere.c.venerabilẽ
2 de elect.Eccleſia † tamẽ poterit ei gratificare, qui iuſtum preciũ dat, licet alius plus offerat: quia plus iuſto vendere non debet, gloſ.in c. ea enim.§.hoc ius.10.q.2.quam not. Rõ.ſing. 755.tu ſcis quòd res eccleſiæ,Barb.in c. Raynaldus,col.113.de teſta.Tiraquel.de legib.cõnub.fol.90.Ego tamen putarem, quòd adminiſtrator eccleſiæ malè faceret, ſi non daret plus offerenti: quia illud cenſetur eſſe iuſtum precium,quod liberaliter offertur à ſciente rei conditionem.l.mortis cauſa capimus, vbi gl. ff.de dona.cau.mor.doct.in c.dilecti, de emp. & uend.

EPITOME.

1 *Offerens primus an liberetur per oblationem ſecundi.*

MILLEL. DCCCXIX.

1 PRIMVS † offerẽs eſt liberatus, ſi ſecũdus amplius obtulerit, per tex.in. l. Valerianus.ff.de prætor ſtipul.l.ſtipulatus es.ff.de fideiuſ.& l.cum plures.§.lege dicta. ff. loca.Et hoc valde ſingulare dicit Cremens.ſing.40.tu ſcis quòd forma, vbi refert Bal.ex eo fuiſſe cẽtũ lucratum ducatos: quia per ſecundũ actum ante rem perfectã à primo uidetur receſſum. §.poſteriore,inſt.quib.mo.teſta.infir. & nouiſſimè factum præualet.l.pacta nouiſsima. C. de pac.Sed Bar.in l.licitatio.ff.de publica. tenet cõtrarium,per tex.in l.Sabinus.ff.de in diẽ adiect.alia etiam adduci poſſent. Sed ego conciliando dicerem, quòd ſi ſecundus plus offerens fuerit acceptatus, tunc primus eſt liberatus,ſi uerò ſimpliciter obtulerit,& nulla fuerit partis acceptatio, tunc primus non eſt liberatus.Nam quod eſt parti primò acquiſitum, ſine facto ſuo ab ipſa non potuit diuelli, ergo requiritur acceptatio eius.l.id quod noſtrum, ff.de reg. iu.etiam antequàm quis dicatur plus offerre,non ſolum requiritur maius precium, ſed quòd offerens ſit idoneus, utilis, & facile poſsit conueniri.l.eum qui emit.§.fi. ff. de in diem adiec.Bal.conſ.327.modus, libr.2.facit quod ſcribit Bar.in l.2.ff.qui ſatisd.cog. alioqui fraus fieri poſſet. Nam is qui plus iuſto licitaſſet,ſupponeret pauperem,qui eum liberaret, quod eſt abſurdum, l. cum hi. §. ſi cum lis.ff.de tranſ.ſic conſuluit Bal.conſ. 191. factum ſuper quo,lib.3. Alex. in add. ad Bar. in d.l.licitatio.

EPITOME.

1 *Solennitates in re uendita per licitationem an præſumantur.*

MILLEL. DCCCXX.

1 QVAERO † quia vendere rem cum ſubhaſtatione non eſt leuis ſolennitas,gl. in l.1.C.de fid. inſtr. lib.10.& glo.in auth.de fideiuſ.in prin.in verb.ſumat.coll. 1. Bal.in l. ordo, colum.3.C.de execut.rei iud. Alex.in add.ad Bar.in l. licitatio. ff. de publ. quis debet probare ſolennitates interueniſſe? Reſpon. Si inſtrumentum dicat ſolennitates interueniſſe,& alius dicat contrarium, tũc pro inſtrumento præſumetur.l.cum precibus. C. de prob. Ideo is qui dicit ſolennitates interueniſſe,probare debet. Si verò inſtrumentum nihil diceret de ſolennitatibus, & emptor eas allegaret,probare teneretur.l.ei qui. ff.de prob. Bar. Io.de Pla.& Iacob.Rebuf.in d.l. 1.vbi eſt glo.ſing.quòd ubi eſt decretum in aliquo actu interpoſitum, ſolennitates præſumuntur interueniſſe, & mala fides cenſetur abeſſe. Ferrar.caut.60.Iacob.Rebuf.& alij in l.1. C. de decret.decur.lib.10.Cepol.caut.188.ſemper, Alex.conſ.53.viſis,nu.18.lib.3.conſ.80, viſis,conſ.92.uiſo,lib.5.& conſ.175.uiſis ac põderatis,lib.7.Aret.conſ.69.Barb.conſ.18.clementiſsimi,col.6.lib.1.conſ.1.col.5.& conſ. 41.immortalitatem, colum.5.& conſil. vlt. colum. 4. libr.4. Dec. conſil. 341. viſo puncto, colum. 5. plenè Iaſ. in §. item ſiquis in fraudem,nume.45.inſt.de act.pleniſsimè per Albert. Brun. in tract. de for.& ſolen. actus, rub.de potent.& effec.for. uerſ. ſeptimus effectus.

EPITOME.

1 *Pretium requiritur in ceſſione per uenditionem facta.*

MIL.

MILLEL. DCCCXXI.

1 IN † ceſsione facta per venditionem requiritur quòd precium interueniat, numeretur & tradatur, nec ſufficit confeſsio de precio.l.ab Anaſtaſio, & ſeq. C. mand.ubi doct. Nam non ſufficit tunc confeſsio, vbi requiritur vera precij numeratio & traditio, gloſ.in verb.dare, in l.ſi.C. qui pot.in pig.hab.Guid. Pap.q.567. an compenſatio. Etiam dicens cedentem poſſe fidem habere de precio, ſicut in alia uenditione.§. uenditæ, inſt. de rer.diuiſ. Communis pratica hoc abſeruat, ut ſufficiat confeſsio precij recepti, vt docet Bal. in l.2.col.2.C.ne lic.pot.Fulg.conſ. 205. Raynaldus, col. 1. & conſ. 216.uiſo exemplo, q. ult. Iacobi.in l.ſingularia, in ſi.ff.ſi cer.peta.

EPITOME.

1 *Solui an poſſit cedenti.*
2 *Praxis ne cedenti ſoluatur.*

MILLEL. DCCCXXII.

1 POST † ceſsionem non poteſt debitor ſoluere cedenti, & ſi ſoluat, non eſt liberatus, quia nihil apud eum remanſit. Et quàuis directæ actiones regulariter apud cedentem remaneant l.3.C.de noua. Tamen in ceſſione ſolenniter facta directæ remanent ineſficaces apud cedentem, cum omnino remiſerit quicquid iuris haberet. Ideo exigere ſummam, quam ceſsit, non poteſt; ideo conuentus à cedente poterit exceptionem opponere aduerſus cedentem, quòd ipſe ceſsit, ut dicit Bar.in l.facta.§.ſi hæres.ff. ad Treb. refert & ſequitur Guid.Pap.q.530.qualiter, Cepol.
2 Primò † fallit, quando lex requireret proteſtationem fieri ad declarandum voluntatem,tūc eſſet neceſſaria proteſtatio.d.l.fi.& c.fi.de appel. vt appareat ſtetiſſe per iudicem & nō per partem, vt dicit ibidem Dec. Rebuf. in tract. de pacif.poſſ.nu.310. cūm ſeq. Vel quādo impeditus vult facere actum coram alijs perſonis, & in alio loco,quàm coram illis corā quibus tenebatur, tunc eſt neceſſe proteſtari.d.c. fi.&.c.paſtoralis,de off.ordin. l.fi.C.de vſur. pupil.l. ſi reus paratus.ff.de pcur.Rip.ī tract. de peſt.in 3.par.q.6. Ratio eſt,quia cum ille actus poſſit fieri pro libito volūtatis, & ex neceſſitate,& ex diuerſis cauſis,& ad diuerſos fines:ideo requiritur proteſtatio animi declaratoria, vt ſciatur, quo animo fiat,& ad quem effectum,ut in.d.l.fi.&.l.at ſiquis.§. plerią;. ff. de relig. Secundò limita,quando ex facto ſuo quis vellet nō ſolum à mora excuſari, ſed etiā ius nouum acquirere in præiudicium aduerſarij,uel aduerſariū in mora conſtituere,tunc requireretur proteſtatio.d.l.ſi reus paratus,&. l. labeo.ff.de naut.fęn.Aret.d.conſ.163.Aliā limitationem tradit Card.conſ.128. in quæſtione,& alias Fely.in c.ex tranſmiſſa, col.4. de pręſcrip.Hen.Bote.in tract.de ſyn.Epiſ.in 2.par.Bonum eſt & tutius, vt voluntas declaretur, quòd quis proteſtetur, & ita conſulo ante factum,ut tenet Caſſan. in conſut.Burg. in tit. des droictz.§.20.glo.ou qu'elle ayt.

EPITOME.

1 *Impedimentum quomodo probetur.*
2 *Iuramento quando probetur impedimentum.*

MILLEL. DCCCLXX.

1 QVOMODO † probetur impedimentum?Reſpon.euidentiſsimis probationibus.l.ult.§.illud.C.de temp.app.qui eſt ſing.ſecundum Rom.ſing. 208. tu ſcis, & ſic per teſtes.glo.in.c.cupientes.§.quòd ſi per viginti,in uerb.plenam fidem,de elect.lib.6.
2 Fallit † quādo impedimentum eſſet tale, quod facile

facile non poſſet per teſtes probari, tunc probabitur per iuramentum, & hoc iudicis arbitrio relinquitur, per.l.theſaurus.ff. ad exhib. l. fi. C. de fid. inſtr. Quia ex neceſsitate multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.l.1.ff.de off.conſul.Perus.in c.ex ratione, col. 3. de appel. & maximè ſi ſit honeſtus uir is, qui impedimentum allegat, Guid. Pap. q.64.ſi altera pars, & q. 205. in cauſa appellationis, Iaſ.& alij in l.2.§.quod diximus. ff. ſi quis caut.Henr.Boteus in tract.de ſyno Epiſ. in 2.par.Reſtringe quando ſemel fuiſſet periurus.c.paruuli.22.q.ult. quia ſemel periurus facit, ut amplius ei non credatur, Saly. poſt Bal. in auth. contra qui propriam. C. de non nume. pecun. c. ſemel, de reg.iur.in 6.Secùdò reſtringe, quando ageretur de graui præiudicio. Alex.& Iaſ.in d.§.quod diximus.Tertiò reſtringe ultra ſemel. l.fi. ff. de bon. auct. iud.poſſ.Quartò intellige, quòd ille, qui debet iurare, non debet iuramentum ſubire, antequam ſibi deferatur, alioquin nihil eidē proderit.l.3.ff.de iureiu.hoc expreſsè tradit Iacobi.in l.exceptionibus. §.ult. in fi. ff. de prob. allegat Bar.in conſ.72.ex facto. Alia uide per Iaſ. & alios ī d.l.quod diximus, & per Caſſan. in conſuet. Burg.in tit.des.droictz.§.20.glo. ou qu'elle ayt.

EPITOME.

1 *Compromiſſum an poſſit tolli tempore.*

MILLEL. DCCCLXXI.

1 SOLVITVR † compromiſſum, ſi arbiter intra annum non protulerit ſuum arbitrium, teſte Bart. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb.obl. Sed poſſet etiam poſtea cogi, vt aſſerūt iuris īterpretes: qa tps nō ē modus finiēdi compromiſſum, niſi à partibus dictum fuerit, & tunc durat, donec arbitrium fuerit latum. Secus in vltima voluntate, ut loquitur Bar.Bal.in l.fi.col.3.C.de contrah.empt.cōſ. 485.præſuppoſita, per tex.in clem.quamdiu, de app.& conſ.488.punctus quęſtionis, lib.5. Et iſta eſt communis opinio, quam probat Balb. in tract.præſcrip.in 4.par.4.par. q. 34. Vital.in tract. clauſ. uerſ. quanto autem tempore duret poteſtas arbitrandi.

EPITOME.

1 *Veniens contra arbitrium, quod eſt nullum, an in pęnam incidat.*

MILLEL. DCCCLXXII.

1 AN † veniens contra arbitriū, quod eſt nullum, incidat in pœnam: docet Alex. conſ.33.oportunè, lib. 2. & conſ. 96. uiſo & oportunè, lib.6. ubi concludit pœnam deberi; quia pœna fuit facto adiecta, uidelicet pro miſerunt partes non uenire contra arbitrium prolatū ab arbitris, ut altera pars de facto cōtrauenit, in pœnam incidit. Nam uenire cōtra eſt facti, ideo etiam in ſeruum cadit, glo. in l.cum proponas.C.de hæred.inſt.l.ſed & ſi qs in fi. ff. ſi quis caut. Et quia pœna ex arbitrio etiam nullo exigi poteſt, niſi declaretˉ nullū eſſe arbitriū.c.cum ſecūdum, de hære.in 6.

EPITOME.

1 *Arbitrium iuratum an nihilominus poſſit reduci ad arbitrium boni uiri.*

2 *Nulla renunciatio impedit reductionem ad arbitrium boni uiri.*

MILLEL. DCCCLXXIII.

1 DVBITANT doct. an † poſsit quis petere, vt ſententia arbitrorum reducatur ad arbitrium boni uiri, ſi partes iurauerint nō venire contra? Et reſpondent quidam non poſſe, ſi iurauerint non petere, etiam reductionē: quia iuramentum quod poteſt ſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ, ſeruandum eſt.c.ſi verò, de iureiu.Hoſt.& alij in c.Quintauallis, e. tit.Sic firmat Cald.in conſ.1.de arb. & conſ. pen.de iureiu.Ferrat.caut.8.tu ſcis, & ita fuit iudicatū Grationopoli: ut teſtatur Guid. Pap. q.519.licet renunciatum, Dec. in c.ad hæc, de appel. Ego verò teneo non obſtante iuramento peti poſſe reductionem: quia iuramē mentum non debet eſſe vinculum iniquitatis. c.& ſi Chriſtus, de iureiu. & debet intelligi, ſi æquè arbitratus fuerit.d.c.Quintauallis. Ideo hoc caſu debet impetrari diſpenſatio iuramēti, & poſtea nihil obſtabit, vt cōſuluit Io.Ana. conſ.16.viſo puncto, in fi.hoc docet Soc.cōſ. 121.in cauſa, col.5.nu.5.lib.3. Imò conſuluit Abb.cōſ.77.in quæſtione, in 5.dubio, lib. 2.quòd ſi ſit enormis læſio, non requiritur diſpenſatio, per.c.veniens, &.c. Quintauallis, de de iureiu. Tamen ſemper tutius eſt petere. Itaque
2 † nulla renunciatio reperitur, quæ impediat hanc reductionem ſubſecuta enormi læſione, teſte Bal.in.l.cum autem, col.3. de arb. C.Et iſtam communem eſſe opinionem & obſeruantiam dicit Dec.conſ.11. & pro tenui, col.4.nu.6.ubi alios allegat, conſ.39. iuridicam, in fi.conſ.60.uiſo themate, col.3.

EPI-

EPITOME.

1 *Pœna quando etiam in foro poli poſſit exigi.*

MILLEL. DCCCLXXIIII.

1 DVBITARET quis † an pœna in conſcientia exigi poſsit? Reſpon. Quædam
eſt pœna canonica vel legalis, & hęc licitè exi
gi poteſt. c. dilecti, de arb. l. ſiqua pœna. ff. de
verb. ſig. & per not. ff. & C. de pœn. & c. ſtatui
mus. 16. q. ult. c. quiſquis, & ſeq. ibidem. Alio-
qui poſſet quis impunè delinquere, ſi non ti-
meret pœnā legis. Alia eſt conſuetudinaria,
quæ ex conſuetudine debetur, uel ſtatuto, ſeu
ab ordinatione, & illa etiam licitè petitur. c.
dilectus, de off. ord. vbi doct. Hoſt. in c. dile-
cti, col. pen. de arb. Quędam eſt arbitraria, quę
ad iudicis arbitrium imponitur, quæ mulcta
vocatur in. l. aliud eſt pœna, & l. ſiqua. ff. de
ver. ſig. ſeu emenda, in c. dilecto, de ſent. excō.
in. 6. & hæc etiam debetur: alioqui iudici par-
tes non parebunt, licet ius illis obedire præci-
piat. l. vn. ff. ſiquis ius dic. non obtemp. c. Iu-
lianus, cum multis alijs. 11. q. 3. Et hanc doct.
vocāt iudicialem: quia in iudicio imponitur.
Aliquando ratione contumacię, ut per tot. tit.
de dol. & cont. & in. c. de cauſis, de off. delega.
æquum eſt. n. vt quilibet pœnam ſuæ contu-
maciæ luat. l. locum. §. condemnatus. ff. de tab.
exhib. l. 1. §. ſi cum duobus. ff. de colla. bon. Cō
uentionalis alia uocatur, quę ex partium con-
uentione debetur, niſi in caſibus quos præſcri
bunt doct. maximè Rebuf. in. l. vn. C. de ſent.
quæ pro eo quod int. c. peruenit, & c. conſtitu
tus, de fideiuſ. Etiam pœna in compromiſſo
adiecta debetur in foro conſcientię. c. dilecti,
de arb. quia loco contumaciæ, & non parentis
præcepto arbitri punitur, quæ ſemper exigi
poteſt, Alex. conſ. 31. oportunè, col. 1. & 2. li-
br. 2. ratio eſt, vt contumacia non ſeruantis cō
promiſſum puniatur, & ut ſatisfiat de laborib.
& expenſis. Hæc omnia not. ad intellectum. c.
fraternitas. 12. q. 7.

EPITOME.

1 *Arbitri an poſſint ſalarium exigere.*

MILLEL. DCCCLXXV.

1 ARBITRI † vel arbitratores an ſalarium (ſi rectè iudicauerint) petere poſsint? &
tex. in l. in multis, vbi Bar. & alij. C. de princ.
agen. in reb. lib. 12. decidit poſſe, quem not.
Ranen. in Alpha. in ueb. arbiter, & Flor. in. l.
ſed & loci. §. 1. ff. fin. reg. Non poterunt tamē
ipſi ſibiipſis taxare, ſi non fuerit à partibus da-
tà poteſtas, ſed poterunt coram iudice ordina
rio petere, vt ipſis taxetur arg. l. 1. §. in honora
rijs. ff. de var. & extraord. cogn.

EPITOME.

1 *Recurſus ad arbitrium boni viri intra quod tempus debet haberi.*

MILLEL. DCCCLXXVI.

1 INTRA † quod tempus recurſus ad arbitriū boni viri haberi debet? Quidam dicebant in
tra decem dies, ſicut in appellaiione: cum re-
curſus ſit quædam ſpecies appellationis. l. nō
diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arb. Spe-
cul. in tit. de arb. §. ſequitur, ver. ſed infra quod
tempus, facit. l. cum antea. §. ſin autē poſt ſen-
tentiam. C. de arb. Arch. in c. à iudicibus. 2. q.
6. Alij vero (vt Bar.) requirunt ſuper hoc Prin
cipis deciſionem, tamen poſtea firmat intra
annum debere agere, aliàs videtur probare ſen
tentiā arbitri, per. l. qui ſe grauatos. C. de cēſ.
lib. 11. Et ſi quis non ſit conqueſtus intra an-
num, poterit tamen poſtea intra tantum tem-
pus agere, quāto tpe durat actio vel exceptio.
Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorū. ff. pro ſoc.
Vel ſi proponatur officium iudicis principali
ter ad reſcindendum ſententiam, tunc intra
quadriennium debebit agere, intra quod reſti
tutio petitur. l. in honorarijs, in verſ. ſed cum
reſciſſa. ff. de act. & oblig. iun. l. fi. C. de temp.
in int. reſt. pet. Alij vſq; ad 30. annos: quia ve-
nit officio iudicis, cui non præſcribitur ante,
per glo. in. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. an. & hoc
docet Ang. ibi, & in l. 2. C. de arb. Bar. in d. §.
arbitrorum, Bal. in. l. fi. col. 6. nu. 10. C. de con
trah. emp. Iſta eſt communis opinio ſecundū
Alex. conſ. 95. viſis proceſsibus, col. vlt. lib. 2.
& conſ. 183. in cauſa, colum. 2. libr. 6. Dec.
conſil. 39. iuridicam, colum. vlt. Soc. conſil.
220. viſis, col. 3. lib. 2. conſ. 104. uiſis, col. 3. li.
4. refert & ſequitur Balb. in tract. præſcrip.
in 4. par. 4. par. q. 33. Et ſic fuit iudicatum
Neapoli, vt refert Affl. deciſ. 132. fuit dubi-
tatum.

EPITOME.

1 *Acta coram arbitro an ſint ſcribenda.*

MILLEL. DCCCLXXVII.

1 DICIT Soc. in tract. fall. reg. 5. quòd † acta coram arbitro ſunt ſcribenda, alio
qui non valet, quod agitur per. l. cum antea,
verſ. ſiquidem ſubſcripſerunt. C. de arb. Doct.
in. c.

in.c.quoniam contra,de prob. Nam iudex,ad quem recurritur, quomodo poſſet iudicare?an perperam,uel bene factum ſit ab arbitro: quia poſſet arbiter referre aliud, quàm quod in ſen tentia protulit:ob id ſcribi debent acta coram eo:quia arbitria reducta ſunt ad inſtar iudicio rum.l.1.ff.de arb. Niſi in duobus caſibus per Soc. ſcriptis, uidelicet quando data eſſet per partes poteſtas procedendi ſine ſcriptis, Iaſ. plenè conſ.12.allegata,lib.1.Putarem tamen etiam hoc caſu arbitrũ teneri redigere in ſcripturam, ſi altera pars hoc requirat,per ea quæ not.Bar.& alij in auth.offeratur.C.de lit.conteſta. In cauſis etiam modicis non requiritur ſcriptura,auth.niſi breuiores.C.de ſent.Et arbitratores etiam non teneri ſcripturas facere, ſed extraiudicialiter ſe informare poſſunt, docet Inno. in.c.Quintauallis,de iureiu. Bar. in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum. ff. de arb. vt refert Abb.in conſ.14.viſis,col.2.lib.1. Tutius tamen & melius,quòd vterq; ſcribat, ut in reductione tandem de iniuſtitia vel iniquitate apparere poſsit. Saltem ſententia arbitri ſcripta eſſe debet.

EPITOME.

1 *Pendente reductione an poſſint partes cõdemnari ad obſeruantiam arbitrij.*

MILLEL. DCCCLXXVIII.

1 AVDIVI dubitari † an pendente reductione iudex poſsit cõdemnare partes ad obſeruantiã ſententiæ arbitralis?Quod nõ uidetur,hoc docet Bal.in.l.fi.col.6.q.10. C. de contrah.emp.quia hęc arbitri ſententia non plus operatur,quàm ſententia iudicis. l. ait prętor. ff. de re iud. Et ſicut appellatio ſuſpẽdit iudicatum.c.veniens,de iureiu. Ita hic recurſus, qui uim appellationis habet.l. non diſtinguemus.§.cum quidam. ff. de arb.Abb. in.c.Quintauallis,col.19.nu. 41.verſ. ſed hic annecto dubium,de iureiu.indiſtinctè tenet, pendente reductione ad arbitrium boni uiri, executionẽ ſententiæ arbitri ſuſpendendã:qa hæc reductio vim habet ſuſpenſiuam, ſicut appellatio, ut doct.ſcribunt in rub.extra de appel.In contrarium videtur,tùm quia præſumitur pro ſententia arbitri, teſte Soc. conſ. 69. viſo, li. 4.tum quia diſpoſitio iuris dat illi executionem.l.diem.§.ſtari.ff.de arb.cum tranſactionis inſtar ſit,tex.iun.glo.in auth.vt differ. iud.coll.9.& hoc tenuit Card.in.c. expoſita, de arb. Sed conciliando opiniones crederem, quòd ſi actum fuerit de alimentis coram arbitris,uel de alia materia prouiſionali, quòd tũc iudex poterit forte per prouiſionem condemnare ad ſoluendum illud, quod eſt in ſententia arbitri expreſſum. Si uerò ſit alia materia non prouiſionalis,non poterit:& ita intelligitur contraria opinio, facit quod not. Petr. Iacob.in ſua prat.rub.de recurſ. ad arb. bon. vi. colum.pen.

EPITOME.

1 *Tranſactio pendente reductione facta an valeat.*

MILLEL. DCCCLXXIX.

1 VIDENDVM eſt † an ualeat tranſactio pendente reductione ad arbitrium boni uiri?Et ualere non dubitauit Bal. per illum tex.in.l.fi.ff.fam.erciſ.facit tex.in.l. non diſtinguemus.§.1.ff.de arb.Dec.conſ.11.& pro tenui,col.5.num.7.Et poſtquàm partes erunt in concordia, iudex non pronunciabit ſententiam ſuam,nec tenebuntur partes ad pœnam: quia ſolutum eſt compromiſſum, cum vltima derogent prioribus.l.pacta.C. de pac.

EPITOME.

1 *An & quando à ſententia iudicis confirmantis arbitri ſententiam appellari poſſit.*

MILLEL. DCCCLXXX.

1 AN † à ſententia iudicis confirmantis arbitri ſententiam,uel infirmantis appellari poſsit?Bar.in.l.1.in fi.ff.de leg.2.dicit nõ poſſe appellari:nam ubicunq; iudex aliquid ut bonus uir arbitratur, nunquàm ab eo appellatur.Allegat Inno.in c.pręſenti,de reſcrip.Sed non eſt aliqua decretalis ſic incipiens : hoc tñ docet Innocẽtius ĩ c.fi.cir.fi.de ſer.Et hãc opinionem ſequitur Io.And.in add.ad Specul in tit.de appel.§.in quibus, col. 4. & in add.incip.de hoc plenè ſcripſi.Tum quia à ſententia arbitri non appellatur.l.diem proferre.§.ſtari.ff. de arb. ergo nec à ſententia iudicis confirmantis illam ſententiam vel infirmantis: illa.n. ſententia ſubrogata eſt in locum arbitrij,Guid.Pap.ſing.482.plene recurrit, Abb. conſ.2.dum eſſet,& conſ.38.caſus in effectu, lib.1.Card.conſ.139.factum tale,& conſ.ſeq. Alioqui ſi appellari poſſet ab iſta reductionis ſententia, ſuperuacanea eſſet hæc ſententia,& nihil nobis ſeruiret,ut dicit Saly.in.l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.& in.l.& in maioribus,de appel.C. Et quia reductio nõ petitur niſi ſemel,Contrarium docet Bal. in. l.vn.col.3.C.ne lic.ter.prouo.& in.§. fi.quo temp.mil.Nam in dubio iudex uidetur iudicare

re

re vt bonus uir:quia ſic uocatur à iure, licet in terdum non ſit.l.continnus.§. cum ita. ff.de ver.obl.l.uir bonus..ff.de ind. ſol. Et ſic nunquàm appellari poſſet à iudice, & certum eſt, quòd in arbitrarijs appellatur.l.ſi qua pęna.ff. de uerb. ſig. Alioqui daretur cauſa malè indicãdi ſub ſpecie boni iuri.l.1.ff. de appel. Bal. in l.1.C.de aſſer.toll.Alex.in.d.l.1.ff.de leg. 2.Et quia tanquàm iudex iudicauit, ideo licet ab eo appellare. Alia eſt opinio, quòd ſi iudex grauat in modico, non poterit ab eius ſententia appellari, ſecus ſi in magno. Bal.in.l.vn.colum.2.in.2.oppoſ. C. de his quæ pœn. nom. Nicol.de Milis in verb.arbitrator, Io. de Ana. in conſ.51.in cauſa, & doc.in.c.Quintaualliſ, de iureiu. Ratio eſt:quia natura cauſæ uertentis corã arbitro eſt, vt in modico lędere poſsit, & in magno pro bono pacis. c. niſi eſſent, de præb. Sic & natura cauſæ recurſus eſſe debet, cum ſimilis ſit per omnia appellationi.l.1.in fi.C.an per ali.cauſ.appel. Et iſta eſt ueritas, vt teſtatur Roma.cõſ.261.ſuper eo, vbi Bar. ſententiam improbat, illiq; reſpõdet. Vltima opinio eſt, quòd ſi ſentẽtia arbitri ſit à iudice confirmata, poteſt quidẽ pars appellare ab illius iudicis ſententia:ſed non recipietur illius appellatio, donec ſoluerit mulctam appoſitam in cõpromiſſo. Tum quia pro ſententia præſumitur.c.in præſentia, de renun.l.Herennius. §.Caia. ff.de euic. Tum ne pars ex malitia proſequatur, & interim conſumat bona, vt nõ poſſit poſtea mulctam ſoluere. Et ad hoc uidetur inclinare Dy.in cõſ.19.Ptolomeus.facit tex. in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de ver.obl. &. c.ab arbitris, de off.deleg.in 6.

E P I T O M E.

1 *Procurator an poſſit conſtitui ad homologandum arbitrium nondum latum.*

MILLEL. DCCCLXXXI.

1 SED † an poſsit conſtitui procurator ad homologandum arbitrium antequàm ſit prolatum? Quòd non poſsit patet per glo. in. l.cum antea.C.de arb. Quia ſicut ipſa pars nõ poteſt illud approbare, antequàm ſit latum, & futurus dolus non poteſt remitti.l.ſi unus.§.illud.ff.de pac. ita nec approbatio procuratoris pręiudicabit domino, quãdo eſſet læſio.l.creditor.§.Lucius.ff.mand.Bal.in.l.fi.col.pen.q. 12.C.de contrah.emp. Saly.in. l. ſi ſocietatẽ. §.arbitrorum.ff.pro ſoc.Rebuf.in tract. nomina.q.14.nu.112. Iſta autem ratificatio facta ante ſentẽtiam intelligitur, ſi iuſtè arbitrium latum ſit.l.fi.C.de non nu.pecun.l.ſi libertus. ff.de oper.libert.Bar.in.d.§.arbitrorum, num. 30.cum ſeq.Bar.Ale.& Vincent.Hercul. in l. quod de bonis.§.1.ff.ad.l.Falc.Soc.conſ. 85. viſo compromiſſo, col.2.lib.1.

E P I T O M E.

1 *Obiectiones quæ poſſunt fieri cõtra arbitrium.*

MILLEL. DCCCLXXXII.

1 QVAERO † quid pars poſsit allegare contra arbitrium? Reſpondeo, dicere eſſe relatum per ſordes uel gratiam, ſi ita ſit.l.3.C. de arb. & exceptione doli mali vti poterit.l.3.§.1.ff. eod. &.l.ita demum, ff. eod. quia ſemper dolus allegari poteſt, teſte Alexand. conſil. 139. viſo puncto, libr. 7. & nulla poteſt eſſe renunciatio & cautela, per quã tolli reuiſio poſsit ſuper dolo, uel enormi læſione, Bal.in l.cum antea.C. eo.refert Iaſ. conſ.135.ſuper articulo, in prin.libr. 4. Item dici poteſt, quòd ſententia fuit uenalis.d.l.ita demum, ſicut de iudice dicitur.l.uenales.C. quand.prouo.non eſt neceſ. & auth. nouo iure.C. de pœn.iud. qui mal. iud. Idem ſi ſententia fuit lata contra leges.l.3.ff.eo. ſicut ſententia iudicis contra leges lata non valet.c.1. de re iud.l.1.ff.quæ ſent. ſin. app. reſcind.Abb.conſ.64.viſis, col.1.lib.1. Allegari etiam poteſt, quòd iudicauerint cõtra alias perſonas, uel de rebus non comprędenſis in compromiſſo: quia poteſtas à compromiſſo pendet.l.non diſtinguemus.§.de officio.ff. eo.& quicquid proferunt extra compræhenſum eſt nullum.l.ſi cum dies.§.plenum.ff.eo.Bal.in l. cum antea.C.eo.Sic conſuluit Soc.conſ.121. in cauſa.in 2.q.nu.3.et. 5.lib. 3. Idem putarem ſi poſt iudicis inhibitionem arbitrium latum ſit. Nam poſt iudicis vel ſuperioris inhibitionem attentata ſunt nulla. c. non ſolum, de appel.in. 6.c.ex parte, de arb. Alijs etiã modis opponi poteſt contra arbitrum, quos conſcribit Nepos de Monte Albano in rub. contra arbitros, & contra compromis. Specul.eo. titu.§.excipitur, Dec.conſil.39.iuridicam, colum.1. Vital.in tract. clauſ.in clauſ.de reduc. ad arb.bo. ui.

E P I T O M E.

1 *Ad quem iudicem recurratur à ſententia arbitrorum.*

2 *Querelæ via in compromiſſo quis iudex ſit adeundus.*

MIL-

MILLEL. DCCCLXXXIII.

1 AD † quem appelletur à ſententia arbitrorũ? Reſpon. de iure Bar. in l. j. C. vbi & apud quem cogni. dicit appellandum ad Superiorem eius, qui iudicauit: quia de ſententia conqueritur, probat. l. 1. & nlt. ibidem, & Bal. Ang. Saly. ſequuntur ibi, Abb. in c. Quintauallis, nu. 39. de iureiu. facit. c. anteriorum 2. q. 6. c. Romana. §. debet, de app. in 6. Et ſic conſuluit Rom. conſ. 265. in caſu, Affl. deciſ. 51. itẽ
2 fuit dubitatum. Quod † nõ obſeruatur, ſi adeatur iudex per niam querelæ: quia tunc iudex ipſarum partium tantum adiri debet. c. venerabilibus. §. 1. de ſent. excom. in 6. Franc. in rub. de appel. col. 8. Sed in arbitratore iudex rei eſt adeundus: quia uideor de contractu conqueri, Bar. & alij in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. Feder. conſ. 285. Petrus, Marc. Blan. in tract. de comprom. q. 10. in fi.

EPITOME.

1 *Dicenti ſententiam arbitri iniquam incumbit onus probandi.*

2 *Ex antiquis actis.*

MILLEL. DCCCLXXXIIII.

1 IS † qui dicit ſententiam arbitri iniquam, habet hoc probare: tum quòd præſumitur etiam pro ſententia arbitri. c. niſi eſſent, de præb. Specul. in tit. de arbitr. §. ſequitur, verſ. item quid ſi compromiſſum, Abb. conſ. 64. viſis, col. 2. lib. 1. Alex. conſ. 43. quia ſubtiliter, col. 2. lib. 6. tum etiam, quia dicenti & alleganti incumbit onus probandi. l. ei qui, & l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. Et hoc quatenus fecerint ſecundum formam compromiſsi. Si uerò aſſeratur arbitros exceſsiſſe cõpromiſſum, tunc non præſumetur pro illorum ſententia: vt docet Alcia. in tract. præſump. reg. 3. præſum. 12. allegat Alex. cõſ. 22. col. 2. lib. 2. tamẽ qui dixerit eos exceſsiſſe, oportet quòd pro-
2 bet per regulam prædictam. Et † iniquitatem habet probare ex antiquis actis, non uerò probationes omnino nouas inducere: teſte Bar. in d. §. arbitrorum, probat Vital. in tract. clauſ. rub. qual. iuſtif. uel impug. arbitr. Si tamen arguatur dolus, uel iniquitas arbitri, tunc etiam nouæ poſſunt ſuper hoc recipi probationes, doct. in c. Quintauallis, de iureiu.

EPITOME.

1 *Arbitrium an præſumatur ritè latum.*

MILLEL. DCCCLXXXV.

1 AN † arbitrium præſumatur ritè latum, docet Albert. Brun. in tract. de for. & ſolen. actus, rub. de prob. & præſump. uerſ. in laudo uerò: ubi dicit præſumendum pro arbitramento, et quòd onus probandi incumbat impugnanti. Idem docent Abb. & alij in. c. Quintauallis, de iureiur. per. c. niſi, de prębẽd. Fely. & alij in. c. quoniam, de prob. ubi limitat, Abb. conſ. 64. uiſis, col. 2. lib. 1. Dec. conſ. 375. iuridicam, col. 1. Iaſ. conſ. 12. allegata, num. 6. lib. 1.

EPITOME.

1 *Iuſta ignorantia excuſat à pœna compromiſſi.*

MILLEL. DCCCLXXXVI.

1 ADVERTENDVM † eſt, quòd ſi pars habeat iuſtam appellandi cauſam, uel recurrendi ad arbitrium boni uiri, licet non obtineat in cauſa principali, tamen excuſabitur à pœna compromiſi propter probabilẽ ignorantiam. Vt ſi petebat tanquàm ſucceſſor Titij centum, quę tamen erant ſoluta, & is compromiſit, & ſub pœna 50. aureorum promiſit ſtare arbitrio, ſed demum appellauerit, certe debet releuari à pœna per iudicem, qui ſententiam arbitri cõfirmat, Bal. Paul. Iacob. i. l. tres fratres, in fi. ff. de pac. Alex. & alij in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de nerb. oblig. & conſ. 32. oportunè, col. vlt. lib. 2. arg. l. qui in alterius. ff. de reg. iu. Idem ſi fuerit confirmata ex noniter productis, non debetur mulcta, Fely. in. c. cum Ioannes, nu. 22. de fid. inſtr. Item non debetur pœna, ſi arbitrium fuerit pro parte confirmatum, & pro parte infirmatum: quia tunc iuſtè poſtulauit reduci, poſtquàm erat in aliquo grauatus. Et ſic iuſtum uidetur petijſſe, vnde non incidit in pœnam: teſte Bal. in. l. eos. §. cautione, colum. 2. verſ. quid ſi hoc faceret Iudex. C. de appel. & in. §. inter pares, colum. penul. de leg. Conrad. uerſi. ſed quid ſi arbitrator, ſequitur Boer. deciſ. 284. nume. 22. facit. c. Raynutius, de teſta. uide tamen Alexan. conſil. 66. uiſis dubitationibus, colum. 2. lib. 5.

EPITOME.

1 *Pendente appellatione à laudo pœna quidem exigitur ſed ceſſat principale.*

MILLEL. DCCCLXXXVII.

1 QVOAD rem † principalem pendente appellatione à laudo non fiat executio, cum nihil ſit innouandum ea pendente, rub. nil nou. appel. pend. nec exequi debent ſententiæ pendente appellatione. c. venientes, de iureiu. docet Abb. in c. Quintaualliſ, col. 19. nu. 41. verſ. ſed hic annecto dubiũ, de iureiu. Cuma. conſ. 7. viſis, & ita ſeruatur in praxi, teſte Boer. deciſ. 284. ſed maius eſt dubium, col. pen. Ideo non debet ſecundum eũ iudex pronunciare per modum prouiſionis rẽ principalem ſoluendam, niſi in duobus caſibus. Primus eſt, quando arbitrium & ſententia fuiſſet homologata. l. ne in arbitris. §. ſiquis autem. C. de arb. Vel ſi ſit iuramentum in compromiſſo interpoſitum, de ſeruando omnia, quæ dicentur ab arbitro, per. §. quia uerò multæ, in auth. vt omn. obed. iud. coll. 5.

EPITOME.

1 *Fiſco per priuatos an acquiratur.*

MILLEL. DCCCLXXXVIII.

1 VIDETVR † quòd non ualeret ſententia arbitrij quoad fiſcum, declarantis ſtãdum eſſe ſuæ ſententiæ ſub pœna centum aureorum partim parti applicandorum, ut conſuluit Anca. conſ. 1. Quia per priuatos non poteſt acquiri fiſco, cum per liberam perſonam alteri non acquiratur. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obl. l. 1. C. quod cum eo, Alb. in l. 1. ff. de iu. fiſ. & in l. nõ ex omnibus. ff. de arb. vbi etiam Bal. & ſic tenet Boer. deciſ. 284. in fi. Sed contrarium eſt uerum, per. l. 1. ibi (uel pœnam fiſco ex contractu priuato deberi). ff. de iu. fiſ. quia pœna eſt indiuidua, & debetur tam fiſco, quàm parti. Et licet priuatus acquirere non poſſit priuato: quia non ſua intereſt, tamen fiſco ſic: quia ſua ſemper intereſt, vt fiſcus ſit diues & ſoluendo, vt not. in l. 1. C. de indic. lib. 10.

EPITOME.

1 *Arbiter non iudicat de pœna in compromiſſo adiecta nec de rebus, niſi expreſſis.*

MILLEL. DCCCLXXXIX.

1 NOTANDVM eſt † quòd arbiter non poteſt cognoſcere de his, quæ non ſunt in compromiſſo expreſſa, per tex. in l. non diſtinguemus. §. de officio, & l. ſi cum dies. §. plenũ. ff. de arb. facit. l. ſi de certa. C. de trãſ. Ideo ſi arbiter pœnam peti ſtatuerit, non ualebit quoad hoc arbitrium: quia non de pœna compromiſſum ẽ. l. quid tamẽ, in fi. ff. de arb. Ang. conſ. ult. Vnde arbiter vel arbitrator, in quem factum eſt ſuper una re compromiſſum, non poteſt facere & diſponere, quòd totus fundus controuerſus remaneat penes Titium, & ipſe det domum, uel aliam rem Caio. Quia ſuper domo non fuit factum compromiſſum. Bar. Iaſ. in l. cum Aquiliana. ff. de tranſ. niſi fuerit ei data à partibus poteſtas, ut conſuluit Bal. conſil. 509. arbiter, in fi. libr. 5. Rom. conſil. 403. pro deciſione, Alex. conſ. 124. in cauſa & lite, lib. 2. Soc. conſ. 299. capio, colu. 1. libr. 2. & plenius conſ. 104. uiſis, lib. 4. ubi dicit arbitratorem nõ poſſe cognoſcere de re, de qua non erat lis inter partes, per. l. 1. ff. de tranſ. c. dilecti, de arb. c. cõſtitutus, de relig. domi. Iaſ. conſ. 168. in cauſa, col. 9. lib. 4. plenè Barba. conſ. 30. illud, lib. 4.

EPITOME.

1 *Non homologatur arbitrium vltra contenta in compromiſſo.*

2 *Arbiter iudicat de connexis.*

MILLEL. DCCCXC.

1 ARBITRATORIS † uel arbitri ſententia non poteſt homologari ſuper eo, de quo non eſt factum compromiſſum, ut docet Bal. in tit. de pac. Conſtan. in uerb. ſententiæ, prout refert Bologn. conſ. 6. Reuerẽdiſsimus, col. 1. niſi ut ualeat tanquàm pactum, ut docet glo. in l. 2. C. com. utr. iud. ſic conſuluit Abb. conſ. 62. in controuerſia, col. 1. lib. 2. Limita

2 † in connexis: & ideo poteſt arbiter iudicare de fructibus & expenſis, & dare dilationem ad ſoluendum, licet nihil dictum fuerit in compromiſſo, gloſ. ſing. in. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arb. Ang. in. §. omnium, colum. 2. inſt. de act. Bal. in. l. 1. colum. 2. C. ſi à non comp. iud. facit clem. diſpendioſam, de iud. & . c. conſtitutus, de relig. domi. Iaſ. in d. l. cum aquiliana, colum. 2. C. de tranſ. gloſ. in. c. cum dilectus, de arb. Idem ſuper coherentibus. d. c. conſtitutus, Alexan. in l. fin. C. de tranſ. Iacobi. in d. l. cum aquiliana. Quia connexorum idem eſt iudicium. c. tranſlato, ubi amplè doct. de conſt.

EPITOME.

1 *Arbitrio poteſt vni res adiudicari, & alteri æſtimatio.*

MIL-

MILLEL. DCCCXCI.

1 POTEST † arbiter condemnare ad pecuniam vnũ pro æſtimatione,& alteri adiudicare rem:quia licet non poſsit vnam rem,de qua eſt compromiſſum adiudicare vni, & alteram,de qua non eſt dictum non,tamen in pecunia & æſtimatione ſecus:quia omnes res pecunia æſtimantur.l.1.ff.de contrah. emp. l. ſi ita fideiuſſorem.ff.de fideiuſ.l.propemodum. ff.de verb.ſig.Iaſ.in.l.cum aquiliana , col.vlt. & Iacobi.poſt eum firmat.C.de tranſ.quia pecunia in rei locum ſuccedit,allegat Specul.in tit.de arb.§. excipitur,verſ.ſed pone,Bal.in. l. 2.§.ſed & ſi quis,col.3.C.com.de leg.ſic conſuluit Alex.conſ.79.eleganter,lib.5.Soc.conſi.104.viſis,col.2.lib.4.

EPITOME.

1 *Prorogatur cõpromiſſum de conſenſu partiũ.*

MILLEL. DCCCXCII.

1 SI † compromiſſum fuerit ſuper certa re, & partes litigauerint ſuper alia, ſuper illa poterit arbiter pronunciare:quia de conſenſu partium videtur prorogatum compromiſſum, per.l.diem proferre.ff.de arb.&.c.per tuas,illo tit. Alex.expreſsè in conſ.84.ſuper conſultatione, libr. 5.Dec.in. c.prudentiam, col.6. nu.13. de off. deleg.Imò ſi procurator exceſſit fines mandati parte præſente & tacente,videtur prorogatum mandatum, Boer. in deciſ. 283. de prorogatione, vbi dicit cõpromiſſum & tacitè & expreſsè prorogari poſſe . Plus dicens , quòd ſententia arbitri, ſi appareat eam eſſe latam præſentibus partibus & non contradicentibus,valebit:quia partes de nouo videntur compromittere. Ang.in.l. ſciendum.ff.de ver. obl. & cenſetur cum eiſdem qualitatibus prorogatum,& cum eadem mulcta, Alex.Iaſ. & alij per illũ tex.in l.lecta.ff.ſi cer.pet.Boer. plenè deciſ.284.

EPITOME.

1 *De re non compromiſſa pro bono pacis arbiter iudicat.*

MILLEL. DCCCXCIII.

1 PRO † bono pacis poterit arbiter etiã de re nõ compromiſſa cognoſcere, per Soc. conſ.104.col.2.lib.4.Barba. cõſ.3.illud,li.3. Corſet.in ſing.verb.arbiter,& in tract. de poteſta.reg.q. 40. in priuil. pac.aliàs regulariter arbiter non poteſt cognoſcere niſi de his,quæ ſunt ei cõmiſſa in cõpromiſſo :nã ex eo poteſtatẽ capit.l.nõ diſtinguemus.§. de officio,ff. de arb.

EPITOME.

1 *Quanto tempore duret arbitrium.*

MILLEL. DCCCXCIIII.

1 QVAERO † quanto tempore duret arbitrium? Reſpondeo,ſi tempus ſit appoſitum,tanto tempore durabit , quanto eſt inter partes conuentum . Nam contractus à conuentione partium legem accipiunt. l.1.§.ſi conueniat.ff. depoſ.Si verò nullum tẽpus fuerit appoſitum,& conferatur ſubſtantiale contractus in vnum ex contrahentibus, tũc intra ſexaginta dies debet arbitrari:alioqui poſtea non recipietur , vt ſi diſplicuerit res uendita , eam mihi reddas , debeat eam pars intra ſexaginta dies reddere.l.quòd ſi nolit.§.ſiquid ita.ff.de ædil.edic.Roma.ſing. 705. vendo tibi,& ſing.769.emo,Iaſ.in.l.ſiquis arbitratu , col.12.ff.de ver.obl.& in.l.non erit . §. ſi neque.ff.de iureiu.Soc.conſ.vlt.in fi.lib.3 . Cagnol.in l.2.nu.78.C.de pac.int.emp.& vend. Si verò arbitrium conferatur in tertium, perpetuò durabit, poſtquàm tempus non eſt adiectum , Alex. Iaſ.& alij in.d.l.ſiquis arbitratu . Et eſt communis concluſio,vt teſtatur Balb.in tract.præſcrip.in 4.par.4.par.q.34.

EPITOME.

1 *Infra quod tempus poſſit cogi arbiter ſuum arbitrium proferre.*

2 *Morte vnius collitigantium ſoluitur compromiſſum.*

3 *Tempus quando incipiat arbitris currere.*

MILLEL. DCCCXCV.

1 INTRA † quantum tempus poſsit cogi arbiter ad ſuum arbitrium proferẽdũ? gl. pulcra & doct.decidunt in.l.itẽ ſi vnus.§.1 . ff.de arb.vbi plenè videbis.Vnde melius eſt , quòd iudex præfigat terminũ arbitris, intra quẽ habeãt eam expedire ſub cõminatione , ꝙ poſt tẽpus ipſe de cauſa cognoſcet; vt docet Boer. in deciſ.283.de ꝓrogatione,nu.9 . Et ita ſer-
2 uat . Sed † mortuo vno ex collitigatorib. non poterũt cogi arbitri: qa ſolutũ eſt compromiſſum.l.diẽ.§.1 .ff.de arb.Bal.in c.qm̃, col.1 .& . c. ſupicionis,col.2.de off.deleg.Imò non poſſũt cogi arbitri,niſi prius acceptauerint compromiſſũ:neminẽ.n. cogit ꝑtor arbitriũ recipere;qm̃ hęc res libera & abſoluta eſt, & extra iuriſdictionis neceſsitatẽ poſita. Attamẽ vbi ſemel qs in ſe receperit, cogi poterit.l.3.§.1 .ff.

3 de Bal.arb.i.l.ſi cũ dies,ibidẽ. Et † tps incipit ipſis arbitris currere, ſtatim atq; factũ fuit eis præſentibus & acceptantibus.Bal.in.l. ſi cum dies,vbi Alb.Petr.Iacob.in ſua prat.in for. libel.quo agitur ad pœnã ex cõpromiſſo, Ang. conſ.404.hic ſolum,Soc.cõſ.87. pẽſatis,col. 1.li.4.

E P I T O M E.

1 *Per compromiſſum ſuſpenditur iurisdictio ordinarij.*

MILLEL. DCCCXCVI.

1 PENDENTE † compromiſſo iurisdictio iudicis ordinarij & cognitio ſuſpẽditur: & quãdiu durat compromiſſum iudex non poteſt cognoſcere,ſi à parte opponatur, clẽ. quãdiu, de appel.auth.ſi tamen.C.de temp. app. Bal.in.l.1.C.ſi quac.pręd.poteſt.Paul.in. l.pecuniam,in fi.ff.ſi cer.pet.Iaſ.cõſ.12. allegata, col.2.li.1. Imò ſi altera pars adierit iudicẽ eo pẽdẽte,incidit in pœnã.l.ſiquis rem.ff.de arb.

E P I T O M E.

1 *Tempus compromiſſi non computatur ad perimendam inſtantiam.*

MILLEL. DCCCXCVII.

1 TEMPVS † compromiſsi nõ computatur in termino cauſæ finiendæ, clem. quamdiu, de appel. quia non debet quis lędi ex curſu temporis, qui negligens non fuerit, auth.ſi tamen.C.de temp. appel. & vbi nõ eſt negligentia,ibi non cadit præſcriptio.c. quia diuerſitatem,de cõceſ.præb.vbi glo.2. Barb. in.c.de cauſis,col.11.de off.deleg.Rot. deciſ. 2.de dila.incip.fuit dubitatum, in no. Franc. in.c.ex ratione,col.6.verſ.6.de appel.

E P I T O M E.

1 *Cõpromiſſo actiones ppetuãtur & quomodo.*
2 *Acta coram arbitro probant coram iudice.*

MILLEL. DCCCXCVIII.

1 EX † compromiſſo & litis conteſtatione facta actiones perpetuantur, & pręſcriptio interumpitur.l.cum antea.§.fi. C.de arb. Abb.& Fely.in.c. illud, de præſcrip. Balb. in tract.de præſcrip.in.6.par.vlt.par.col.2.verſ. 2 quæro igitur. Similiter † acta facta coram arbitro,probãt coram iudice.c.cauſam &. c. pręſentata,de teſtib.l.pen.in fi.C. de arb. Soc.in tract.fall.reg.2.

E P I T O M E.

1 *Pręſcriptio cõtra ciuilẽ poſſeſſionẽ an currat.*

MILLEL. DCCCXCIX.

1 VIDI † opponi contra illum,qui poſſederat domum per 20.annos inter abſentes, quòd nõ præſcripſerat, eo ꝙ abſens retinuerat poſſeſsionem animo, & quãdiu retinetur,non currit præſcriptio.l.ſi de eo.§.1. ff.de acq.poſſ.glo.mag.in fi.in.l.1.C.de ſer. fug. & in.l.malè agitur. C.de pręſcrip.30.an.Bar.in. l.Celſus,col.4.ff.de vſucap.Alex.conſ.201.ui ſo themate,col.2.lib.7.Iaſ.in.l.1.col.11.nu. 45.ff.de acq.poſſ.Quia vtraq; poſſeſsio nõ eſt in pręſcribente, quod requiritur, vt.l.3.&.1. quemadmodum. ff.de acq.poſſ.& præſumitur animus per decem annos durare.l.peregrè. ff. de acq.poſſ.vel ſaltem tanto tempore,quanto iudici videbitur,glo.not.in.l.furtum,in fi. ff. de vſucap.quam probat Io.Fab.in.l.licet. C. de acq.poſſ.Et quia ea quę in animo conſiſtũt probantur iuramẽto.c.vt circa,in fi.de elect. in.6.§.ſed iſte,in gl.inſt.de act.Ideo iſtud poſſet eẽ vtile ad opponẽdũ cõtra præſcriptionẽ.

E P I T O M E.

1 *Vera dicitur poſſeſſio etiam ea, quę eſt per actus fictos.*

MILLEL. DCCCC.

1 ACQVIRITVR † poſſeſsio per actus ciuiles & fictos, tamẽ poſſeſsio per hos actus fictos quæſita,eſt vera.l.& certe.§.1. ibi (propriè pręcariò habere dicor) ff.de præca.c. contingit,ibi(uerus conſtituatur anno elapſo poſſeſſor)de dol.& contum.l.quarundam,&. l.quod meo.ff.de acq.poſſ.vbi reſpectu poſſeſſionis Iuriſc. vtitur verbis veritatem denotantibus & proprietatẽ, ſed reſpectu traditionis & acquiſitionis ponuntur verba denotãtia im proprietatẽ,Bar.& alij in.l.ab ẽmptione,in fi. ff. de pac. in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.Doct.in.l.ſingularia,col.pen.ff.ſi cer.peta.Barba.conſ.8.ſapienter,col.15.lib.1. licet 2 diſtinguat in.c.2.col.7.de conſuet. Ratio eſt: quia tantũ debet operari fictio in caſu ficto, ſicut veritas in caſu vero.l.filiusf.ff. ſi cer.peta. c.cum dilectus,&.c.ad audientiam, de cler.nõ 1 reſid.Guid.Pap.q.112.in dicta curia,Dec. cõſil.302.& pro tenui.Sed actus verus & naturalis inducit veram poſſeſsionem, ſic & actus fictus.

EPI-

EPITOME.

1 *Effectus fictę & verę poſſeſſionis quantum differant.*

MILLEL. DCCCCI.

1 FICTA † poſſeſsio non parit effectum recuperandæ poſſeſsionis: vera autem ſic. l. 1. C. quor. bon. Bal. in auth. defuncto. q. 3. C. ad Tertul. Alex. & Iaſ. in l. ſi ſorori. C. de iu. de lib. & iſtam cõmunem dicit Alex. in l. in ſuis, col. 4. ff. de lib. & poſth. Quamuis contrarium teneat Soc. in. l. rem quæ nobis. q. 5. ff. de acq. poſſ. Bal. & alij in rub. de cauſ. poſſ. & propr. Dec. conſ. 84. excellentiſsimi. Et hæc opinio ſeruatur in praxi. Ant. de Petruc. in tract. de uir. iur. in. 1. effectu. Altera vtilitas eſt, quia ficta poſſeſsio non prodeſt ad inchoandum præſcriptionem, vera ſic, glo. ſing. in. c. ſine poſſeſſione, in fi. de reg. in. in. 6. quam not. Rõ. ſing. 410. lex quſuis, Fely. ĩ c. illud, col. vlt. de præſ.

EPITOME.

1 *Cuſtodis appoſitio transfert poſſeſſionem.*

MILLEL. DCCCCII.

1 ACQVIRITVR † poſſeſsio per cuſtodis appoſitionem: eo. n. quòd vendis mihi rẽ, etiam ſi non præſentem, & ego huic rei adhibeam cuſtodes, ſtatim acquiro poſſeſsionem, etiam ſine voluntate cuſtodum: quia videtur mihi res tradita. l. quarundum, vbi Alex. & alij. ff. de acq. poſſ. Aret. & alij in l. 3. in prin. & facit. §. Nerua. d. l. 3. & l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſſ. Soc. conſ. 55. viſo inſtrumento, lib. 4. Ruy. conſ. 173. viſo proceſſo, col. 4. nu. 9. li. 4. Licet aliàs in poſſeſsione quæ acquiritur per ſeruum, aut per procuratorem, requiratur animus ſerui, aut procuratoris. l. 1. §. hæc quæ de ſeruis, & §. per procuratorẽ, & ibi Doc. abundè. ff. de acq. poſſ.

EPITOME.

1 *Clauium traditione acquiritur poſſeſſio.*
2 *Intellectus ad. l. Clauibus.*
3 *Clauium traditio domus poſſeſſionẽ transfert non mercium.*
4 *Clauium traditionem præcedere debet titulus habilis.*
5 *Claues tradens niſi poſſideat, non transfert poſſeſſionem.*
6 *Claues eccleſię, vel domus beneficij quid operentur.*

MILLEL. DCCCCIII.

1 PER † clauium traditionem poſſeſsio acquiritur. l. clauibus. ff. de cõtrah. emp. gl. in ver. fundi, in tit. de cõſuet. recti feud. Boer. in tract. de cuſt. clau. fol. 11. Ratio eſt: quia claues pars rei dicuntur. l. fundi, in prin. ff. de act. emp. & qui partem poſſeſsionis appræhendit, acquiſiuiſſe totius rei poſſeſsionem videtur. l. 3. in prin. ff. de acq. poſſ. Nam & qui aurem alicuius tetigit (inquit Trebatius) totum eum videri tetigiſſe. l. vulgaris. ff. de fur. Etiam ſi claues traditæ ſint extra rei præſentiam, vt docet Alexan. & Vincent. in. d. l. tertia. §. Neratius, & Vincent. in. l. 1. quæſt. 4. nume. 93. & in. §. ſi inſſerim, colum. uudecima. ff. de acquiren.
2 poſſeſſ. Nec † obeſt. l. clauibus, ibi (apud horrea traditæ ſunt) quia narrat facti contingentiam, non negans idem eſſe etiam ſi non contingat partes in rem præſentem venire: quia eadem eſt ratio: quamuis glo. contrarium teneat ibidem, & Imo. in. c. ſecundo. de cõſuet. Sed dicerem, quòd traditio apud horreum ſtatim transfert poſſeſsionem, etiam ſi is, cui traditio clauium eſt facta, non aperiat horreum. Si verò traditio ſit facta extra præſentiam rei, tunc non acquiritur poſſeſsio, niſi is cui claues hæ traditæ ſunt, aperuerit horrea, & viderit merces ĩtra horrea poſitas, hoc probat tex. d. l. clauibus. Nam ſtatim cenſetur tradita poſſeſsio per traditionem clauium apud horrea. Sed quãdo extra horrea, ita demum ſi horrea aperuerit, & in eis viderit res ſibi vẽditas, quæ
3 ſub clauibus continebantur. Item † aduertendũ, quòd ſi vendam domum, & tradam claues illius, etiam extra domus præſentiam, videor tradere domus poſſeſsionem, per c. ex literis, de conſuet. quia partem rei tradendo, totam rem tradere videor. d. l. 3. Sed quando vendo merces in horreo incluſas, ita demum transfertur poſſeſsio, ſi apud horrea traditæ ſunt, licet tunc nõ aperuerit. Diuerſum eſt, ſi traditæ ſint extra præſentiam horrei: quia niſi is, qui recepit claues, aperuerit horrea, non acquirit mercium poſſeſsionẽ. Nam claues non dicuntur pars mercium, ſicut domus. l. fundi. ff. de act. emp. ob id non cenſetur tradita poſſeſsio mercium, licet aliter in ipſa domo vendita. Quod eſt no. ad intellectum illius. l. quia
4 doct. non ſic diſtinguunt. Quod † eſt verum, ſi traditio clauium facta eſſet ex cauſa venditionis, vel alterius tituli habilis ad transferendum dominium: alioqui cauſa cuſtodiæ facta magis cenſetur, per tex. & Bar. in. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. 2. Bar. in. l. 1. §. nec caſtrẽſe, colum. pen. ff. de collat. bon. Anca. in clem. 1. §. porrò, de hæret. tex. & ibi Porc. in §. item ſiquis, inſt. de rer. diuiſ. Dec.

5 conſ. 56, in cauſa, colum. 2. Et † quando is, qui tradidit claues, poſsidebat, ſecus ſi alius: quia tunc quod non habet, non transfert, cum etiam non poſsint duo in ſolidum poſsidere. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. com. Nec aufertur poſſeſsio à tertio poſsidente eo non audito. c. licet Epiſcopus, de præb. in. 6. Soc. conſ. 131. in præſenti, col. 34. verſ. nec me mouet, lib. 1. Old. conſ. 209. in cauſa, Rip. in tract. de peſte, verſ. ſecundo caſu, de priuil. contract. fol. 35.

6 Inſuper † ſi tradantur claues eccleſiæ, tradita cenſetur quaſi poſſeſsio iurium illius incorporalium: tamen ſi tradantur claues domus ruſticæ beneficij, tūc acquiritur quidem quaſi poſſeſsio adminiſtrationis temporalium reū &, non ſpiritualium, niſi de conſuetudine talis actus eſſet deſtinatus in ſignum totius poſſeſſionis, vt domus presbiteralis, teſte Butr. in. c. fi. col. 20. de cauſ. poſſ. vt refert Nicol. de Milis in verb. poſſeſsio. q. 34.

EPITOME.

1 *Conſtituto quæritur poſſeſſio.*

2 *Incapax nō acquirit poſſeſſionē per cōſtitutū.*

MILLEL. DCCCCIIII.

1 POSSESSIO † per cōſtitutū acquiritur. Nam ſi vēdas mihi rē, & cōſtituas te illam meo poſsidere nomine, in me poſſeſsio eoipſo transfertur: quia deſinis habere animū amplius poſsidendi tuo nomine, conſequens eſt, vt deſinas poſsidere, & mihi acquiras. l. quod meo. ff. de acq. poſſ. glo. in. l. ab emptione. ff. de pac. & in. §. interdum, inſt. de rer. diuiſ. Dy. cōſil. 46. viſa, & conſ. 49. thema, col. 2. Iaſ. conſ. 6. col. 8. uerſ. primò propter conſtitutum, lib. 3. & conſ. 111. lib. 4. quod in multis caſibus limitatur per Tiraquel. in ſuo tract. de iu. cōſt.

2 Verum † non acquiritur poſſeſsio per conſtitutum, quando is eſſet incapax: vt ſi clericus conſtituat ſe poſsidere beneficium nomine layci, vt docet Butr. in. c. fi. de cauſ. poſſ. refert Nicol. de Mil. ī verb. poſſeſsio ſeu quaſi. §. 40, facit. c. cauſam, de præſcrip. Ruy. conſ. 172. nō eſt dubium, nu. 14. lib. 1. & quando conſtituēs non poſſediſſet tēpore cōſtituti: quia tūc non potuit trāsferre poſſeſsionē, quā nō habebat. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. Ruy. conſ. 46. viſa, colum. 2. nume. 5. & conſil. 54. viſo, colum. 1. libr. 4.

EPITOME.

1 *Retentio vſusfructus transfert poſſeſſionem.*

MILLEL. DCCCCV.

1 VSVSFRVCTVS † retentione poſſeſsio acquiritur. Nam ſi donem Titio dominum retento mihi vſufructu, Titium poſſeſſorem facio. l. quisquis. C. de dona. facit. l. ſiquis argentum. §. ſed ſiquidem. C. eo. tit. gl. in. c. 2. de conſuet. & in c. 1. de cōſuet. rect. feud. Nam qui vult eſſe tantum vſufructuarius, neceſſe eſt in conſequens vt proprietatē à ſe abijcere velit, & nomine proprietarij poſsidere ex mandato tacitè à lege conceſſo. l. 1. §. fi. cū. l. ſeq. ff. vſufr. quemad. cau. Alex. & Iaſ. in. l. 1. in fi. ff. de oper. nou. nunc. Alex. in. l. naturaliter, in prin. ff. de acq. poſſ. & cōſ. 117. viſo proceſſu, col. 2. lib. 2. Dy. conſ. 49. thema, col. 2. Corn. conſ. 113. circa primum, col. 1. libr. 1. Quod eſt verum, quando ille qui retinuit ſibi vſumfructum poſsidebat: vt docet Lanfr. in. c. quoniam, in verb. teſtium depoſitiones, colū. 34. de prob. & Caſſan. in cōſuet. Burg. in rub. des fiefz. §. 8. glo. reale. Boer. in conſuet. Bituric. §. 1. tit. de donat. Quod procedit niſi contractus ſit inutilis: quia tunc non transfertur poſſeſsio, cum ſi principale non valeat, nec acceſſorium. l. cum principalis. ff. de reg. iur. Ruy. conſ. 69. diligenti, nu. 15. libr. 3. allegat Bal. in. l. ex teſtamento. C. de fideic. & in. c. 2. de feud. dat. in vic. leg. commiſ.

EPITOME.

1 *Locatione transfertur poſſeſſio.*

2 *Conductor non poſſidet.*

MILLEL. DCCCCVI.

1 LOCATIONE † poſſeſsio acquiritur, ſi dem tibi domum, & eā loces mihi, trāſfertur poſſeſsio in te locatorem, per. l. quædā mulier. ff. de rei vind. l. qui bona, in prin. &. l. quamuis. §. 1. & ibi doct. ff. de acq. poſſ. l. in rebus, & l. certe, in fi. &. l. fi. ff. de præcar. Ratio

2 eſt † quia conductor non poteſt ſuo nomine poſsidere, nec poteſt rem ſuam conducere. l. non ſolum, in fi. ff. de vſuc. l. ſuę rei, &. l. ſi in emptione. §. rei ſuæ. ff. de contrah. emp. ergo videtur transferre poſſeſsionem in locatorē: quia tacitè videtur ſe conſtituere nomine illius poſsidere, ab eo conducēdo: quod perfamiliare eſt vſurarijs. Ang. in l. quod meo. ff. de acq. poſſ. facit. l. ſiquis conductionis. C. loca. Quod eſt verū, ſi locator ſciat, alioqui in ignorantem non transfertur poſſeſsio: quia nō habet animum poſsidēdi, glo. & doct. in. d. l. quædam, & Soc. conſ. 91. caſus ſuper quo, col. 5. lib. 4.

EPITOME.

1 *Locatio non probat poſſeſſionem in præiudicium tertij.*

MIL-

MILLEL. DCCCCVII.

1 PER † locationem non probatur poſſeſſio in præiudicium tertij, ſed aduerſus cõductorem tantum.l.quàuis.§.1.ff. de acq.poſſ. niſi locator mercedem, ſeu penſionem recepiſſet: quia tunc non eſt veriſimile, quòd recepiſſet pẽſionem, ſi alius fuiſſet dominus. Ideo oportet quòd ille tertius hoc probet, Bar.& alij in d.l.quamuis, ſic conſuluit Soc.cõſ.106. libenti animo, col.1.lib.3.dicens eſſe communem & in pratica ſeruari. Et quod in corporalibus dicitur, idem in incorporalibus, cum ſit eadem ratio. Firmat Rip.lib.2.reſpõ.c.6. duo tantum, in 5.dub. nu.8.allegat tex.in.l.procuratoris.ff.de procur.& Aret.conſ.30.viſo, col. pen.idem docet Ruy.conſ.46. viſa facti ſerie, nu.13.lib.4.conſ.161.premittendum, col.4. nu.10.li.1.cõſ.47.in cauſa, col.1.& cõſ.118. li.4.

EPITOME.

1 *Impeditus apprahendere poſſeſſionem eam tamen acquiret.*

MILLEL. DCCCCVIII.

1 QVANDO † aduerſarius impedit, nequis poſſeſſionem apprẽhẽdat, in odiũ eius lex fingit appræhẽſam, & facit ꝓhibitum poſſeſſorem.l.cum vnus, in fi.cum.l. ſeq.ff.de bon.auct. iud. poſſ. c. contingit, de dol. vbi Doct. ſic conſuluit Ruy. conſ. 161. præmittendum, col.3.nu.16.lib.1.Nam regula iuris eſt, quod per me non ſtat, non eſt mihi imputandum.l.iure ciuili.ff. de regu iur. Sicut lex facit eum liberum, cui dominus libertatem debitam iniuſtè denegauit.l.cum verò. §.apparet, &.l. ſiquis rogatus. ff. de fideic. libert.l.cum inter.C.eo.l.cum ſyllanianum.C. de his quib. vt indig.l.fi.ad Orf.&.l. fi. C. de lib.cauſ.Doct.in.§.1.inſt.de ingenu.Iaſ.in.l. naturalis.ff.de præſ.verb.

EPITOME.

1 *Signo quæritur poſſeſſio.*

MILLEL. DCCCCIX.

1 SI † rei affigam ſigillum, aut aliquod inſigne, aut notam, poſſeſſionẽ acquiro. Vnde ſi porcos vẽdidero tibi, & eis tu ſignum imponas, tunc ſine alia apprẽhenſione eſt tibi acquiſita poſſeſſio: quia eos ſignando, apprẽhendiſſe eorũ poſſeſſionẽ nideris, tex.ſing. in.l.ꝙ ſi neq;, in fi.ff.de peri. & com. rei vend. ſecundũ Rom.ſing.281.& cõſ.482. ſuper præmiſſo, Bal.in rub.C.de peric.& com. rei vẽd. col. 1.Barba.in.c.tertio loco, col.3. de prob.Iaſ. in.l.traditionibus, col.3.C. de pac.Soc. conſ. 55.viſo inſtrumento, col.1.lib.4. Non procedit in vino.l.1.§.ſi dolium.ff.de peric.& com. rei vend.quia magis ne ſummitteretur, ſignari ſolet, quam vt traditũ videatur, vt ibidẽ ſcribit tex.

EPITOME.

1 *Beneficij poſſeſſio quomodo apprahendatur.*

MILLEL. DCCCCX.

1 IN beneficijs † ſiquis acceperit poſſeſſionem in eccleſia vel in domo, in qua degere ſolitus eſt curatus, tunc acquiritur poſſeſsio omnium rerum beneficij, etiam ſine alia appræhenſione, teſte Inno. in c.in literis, de reſti.ſpol. Doct.in.l.4.per illum tex. & .l. cum hæredes.ff.de acq.poſſ.Dom.de Rot. deciſ. 1. incip.poſſeſſor beneficij, de reſti.ſpol. Rot.Biſig.deciſ.8.de reſtit.ſpol.Flor.in.l.ſeruitutes, la grãde, col.3.ff.de ſerui. Imò per tactum hoſtij eccleſiæ beneficij, uel alterius rei affixæ portæ, ſi non poſſet ingredi, & ita acquiretur poſſeſsio: vt docent Dom.de Rot.deciſ.5.nota ponẽ quòd aliquis, de cauſ.poſſ.& propr.in antiq.&.d.deciſ. 8. Quod eſt verũ, quãdo traditus eſt anulus portę beneficialis per illum, qui poteſtatẽ habebat mittẽdi in poſſeſsionẽ, alioqui contra: teſte Rom.conſ. 482.in caſu, col.1.Vnde qui ſic adeptus eſt poſſeſsionem, poteſt agere poſſeſſorio, vt latè cõcludit Gui. Pap.cõſ.71.pro diuiſione, col.4.uerſ. quintò præſuppono.

EPITOME.

1 *Præſumitur poſſeſſio ex titulo.*

MILLEL. DCCCCXI.

1 SI quis † reperiatur in poſſeſsione, & ignoretur ex qua cauſa poſsideat, cenſetur poſſidere ex contractu præcedente, ideo probando contractum, & ſuam poſſeſsionem, cenſetur illam ex tali titulo habuiſſe, gl.eſt ſing. in l. quædã, gl. vlt.ff.de rei vind.quam ex tollit Lãfr.in c.quoniã, verb.teſtiũ, col.34.de ꝓb. Corſet.in ſing.verb.poſſeſsio, Iaſ.in.l.certi condictio.§.fi.col.2.ſi cer.peta.

EPITOME.

1 *In incorporalibus requiritur ſcientia & patientia domini.*
2 *Scientia domini an præſumatur.*
3 *Scientia & patientia cuius requiratur.*

MILLEL. DCCCCXII.

1 REQVIRITVR † in incorporalibus ſcientia & patientia domini illius rei, cuius iuris poſſeſsionem acquirere volo, uel ſcientia illius exigitur, qui poſſet expreſsè ſeruitutem conſtituere.l.pen.ff.de ſeru.l.3.§.dare.ff. de uſufr.l.1.in fi.ff.de ſerui.ruſt.præd.l.2.C. de ſeruit.& aqu.vbi Bar.inſtruit pragmaticos, vt articulum faciant de ſcientia & patientia, quæ probentur: ſequitur Abb.conſil.18.in cauſa,colum.pen.lib.2.& conſ.23.ibidem, Ruy.conſ.163.Ieſu Chriſti,col.2.lib.5.Et ſi ſint plures domini, requiritur ſcientia omniũ teſte Flor.per illum tex.in l.ſi communem.ff. quemad.ſer.amit.& ignorantia vnius prodeſt omnibus æquè poſsidentibus,niſi iura ſint diuerſa & ſeparata Flor.in l.per fundum ff.de
2 ſerui.ruſt.præd.An † præſumatur domini ſciẽtia? Reſp. arbitrabitur bonus iudex de actuũ multiplicatione & qualitate ipſorum, & ex alijs circunſtantijs,teſte Inno.in c.bonæ,2. col.1.de poſt.præla.Abb.in c.cum eccleſia, de cauſ.poſſ.colu.4.Nicol.de Milis, in uerb. poſſeſsio.§.57.Affl.deciſ.67.ſuper cauſa. Et
3 † in præſcriptione vectigalis cuius ſciẽtia requiritur, ſcribit Bar.& Roma.in l.ſi publicanus, in fi.ff.de publ. Doct.in c.cum ſuper.§. fi.ff.de uerb.ſig.Abb.in conſ.18.Ruy.conſ. 173.viſo proceſſu,nu.9.lib.4.Iaſ.conſ.81.uideretur,col.2.lib.3.ſcientia tamen poſſeſſoris non ſufficeret,ſed requiritur patientia domini,gloſ.& Paul.in l.1.C.de ſeruit.& aq.Socin.conſ.187.in controuerſia,colum.8.lib.2. Nec ſufficeret ſcientia & patientia conductoris.l.quamuis.§.ſi conductor.ff.de acq.poſſ. Balb.in tractat.præſcrip.in 2.part.4.par.q.1. Ruy.conſ.163.num.7.lib.5.Ratio eſt,qnia in his incorporalibus patientia pro traditione habetur, cum alioqui res non poſsit tradi.l. pen.ff.de ſerui.l.datio.§.ſi iter.ff.de act.empt. Bar.& alij in l.ſeruitutes.ff.de ſeruit.& in l.3. C.de ſer.& aq.Et patientia non poteſt eſſe ſine ſcientia, vt patet,ergo vtrumque interuenire neceſſe eſt, Alex.in diſput.incip.Sigiſmundus,in 2.dub.Doct.in §.æquè.inſ.de act.

EPITOME.

1 *Poſſeſſio per unum actum quãdo acquiratur.*
2 *Collatio vel præſentatio ſine effectu nihil prodeſt.*

MILLEL. DCCCCXIII.

1 PER † vnicum actum, qni non ſolet fieri, niſi à poſſeſſoribus eius iuris, acquiritur quaſi poſſeſsio: quia ſuo iuretunc cenſetur is facere: vt præſentare ad eccleſiam vacantem, vel conferre, hoc non ſolet fieri, niſi quis ius habeat.c.conſultationibus,de iurepatr.c.cum eccleſia,de cauſ.poſſ.Bal.conſ.32.quidam nobilis,in fi.lib.1.Feder.conſ.234.ſuper primo, Abb.conſ.54.caſus contingentia,lib.1.Rom. conſ.311.in caſu,in fi.Barba.conſ.68.illud, lib.3.Soc.conſ.258.in cauſa vicariæ,colum. 1.cum ſeq.lib.2.Dec.conſ.126.in cauſa, & conſ.ſeq.ac conſ.134.viſo pũcto, Roc.Curt. in tract.de iurepa.uerb.competens.q.15.& ſeq.Io.de ſelu.in tract.de benef.in 2.par.q.7.
2 Quod † eſt verum, quando is cui collatũ eſt beneficium, vel præſentatus gauiſus eſt illo beneficio illo iure, & ſic habuit effectum, Doct.in c.cũ de beneficio,de præb.in 6.Bar. in l.1.§.hoc interdicto.ff.de itin.actuq; priua.leg.1.§.quæſitum.ff.de aqu.qnot.& æſtiu. Doc.in c.cum olim,de cauſ.poſſ.Barb.conſ. 68.illud,in fi.lib.3.alioqui nihil proderit illa collatio, vel præſentatio, quæ non habuit effectum.

EPITOME.

1 *Procurator domino poſſeſſionem acquirit.*

MILLEL. DCCCCXIIII.

1 PER † liberam perſonam acquiritur nobis poſſeſsio, ſi ipſa mandatum acquirendi habeat, & noſtro acquirat nomine, vt procurator.l.1.§.per procuratorem.ff.de acquir.poſſ.l.quod meo,ibidem,Bar.in l.1.§.enunciatio,col.2.ff.de oper.no.nunc.in l.qui mihi donatum, col.ult.ff.de donat.Si autem mandatum non habeat acquirendi, vt negociorum geſtor, notarius, nuncius,& alij: tamen mihi acquirere poſſeſsionem poſſunt, ſi illam nomine meo apprehendant, & ego poſtea ratum habeam.l.communis ſeruus.§.1.ff. de acq.poſſ.leg.ſi procurator.1.ff.de acq.rer. dom.leg.ſolutum.§.per liberam.de pign.act. Fulg.cõſ.232.in propoſita,col.1.Vnde ſi nũcius acquiſierit poſſeſsionẽ nomine Titij, & non appareat de ratificatione illius, hæredes eo mortuo nõ erunt poſſeſſores,quod eſt not. vt conſuluit Dec.conſ.226.magiſter Ioannes,col.2.& Bolog.conſ.39.idcirco,col.2.vide Guid.Pap.limitantem in conſ.13.in cauſa domini, & Bal.conſ.238.licet ſint diuerſæ, lib.5.doc.ĩ l.1.C.per quas perſ.nob.acquir.requiritur etiam, quòd apprehenſa fuerit & q̃ſita poſſeſsio nomine meo aliàs non poſſum habere ratum, quod nomine meo non eſt geſtum,reg.ratum,de reg.iur.in 6.l.ſi pupilli.§. ſed ſi ego.ff.de neg.geſt.glo.in c.mulieres,de ſent.excom.Iaſ.in l.prætor.§.hoc interdictũ.

ff.de

ff.de oper.no.nunc.Et ſic oportet vel probare mandatum, vel quòd nomine meo acquiſierit, & quòd ego poſtea approbauerim illā acquiſitionem, per gloſ.in l.1.§.ſed & ſi.ff. de ui & vi arma.Doct.in l. communis ſeruus, in fin.ff.de acq.poſſ.item requiritur ceſsio procuratoris.l.poſſeſſio.§.fi.ff.de acq.poſſ. Iaſ.limitat.in l.nam & poſtea.§.iuſiurandum. ff.de iureiu.

EPITOME.

1 *Turbare alium quando quis dicatur per negationem.*

MILLEL. DCCCCXV.

1 TVRBARE † dicitur is, qui inquietat, impedit, ne re mea liberè vtar. l. vim facit.ff.de ui & ui arma. vnde aduerſarius negans me poſsidere rem controuerſam, dicendo ſe verum eſſe & ſolum poſſeſſorem. l. 1. §. ſed ſi inter.ff.vti poſsid. glo. vlt. in l. extat.ff. quod met.cauſ.Bart.in l. ſi prius,in 5. opp.ff. de oper.no.nunc.Affl.deciſ.394. eccleſia, in 2.dub. & ita iudicatum fuiſſe per ſententiam Regiam aſſerit,quia per negationem res efficitur dubia.l.fi.C.quib. ad libert.procl.non lic. & turbare eſt methaphoricè dictum,quaſi obſcurum facere,an agens poſsideat: ſic ait Alexand.conſ.54.viſo proceſſu, in fi.lib.5.Bal.in diſput.incip.accuſatus de ui turbatiua,col.9. uerſ.in contrarium,Corn.conſ. 113. circa,colum.1.lib.1.Quod eſt verum, quando quis negaret aduerſarium poſsidere,& ſe ſolum poſsidere affirmaret: ſecus ſi ſimpliciter negaret illum poſsidere: quia tunc non daretur interdictum vti poſsidetis,gloſ.i l.1.§.huius,in uerb. affirmat.ff.vti poſſ. vt aſſerit Inno. in c.2.col. 2.in fi.de in integ.reſt.Bal.in l.ordinarij,col. 5.verſ.deinde quæro,ego ago,nu.12.C.de rei vind.& l.non abs re, colum.1.C.vnd.ui.Affl. d.deciſ.394.Alex. conſ.52. uiſo teſtamento, col.2.libr.2.Soc.conſ.59.viſis actis, colu.vlt. lib.4.etiam ſi bona fide quis negaret, Fely.in c.licet,not.12.de prob. per c. cum ad ſedem, de reſtit.ſpol.Et hoc ſi ageretur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter: quia tunc ſola non ſufficit negatio, etiam ſi aſſereret ſe poſsidere, Cum.& alij in l.ſi prius,num.9.ff.de oper.no. nunc.& ita conſuluit collegium Florentinū teſte Berthachi.in uerb.turbare.

EPITOME.

1 *Intrans poſſeßionem rei meę me inuito turbare dicitur.*

MILLEL. DCCCCXVI.

1 SI quis † intrat poſſeſsionem rei meæ tā quàm in rem ſuam, vel me inuito turbare dicitur.l.diuus. ff.de ſeruit.ruſt. præd.teſte Bar.conſ.112.quidam accuſatus, Bal. conſil. 456.lib.3.Corn.conſ.94. uiſo proceſſu, col. 3.lib.3.Etiam ſi dominus eſſet extra illam rē. l.1.cum gloſ.& ibi Bal.C.vbi de poſſ.agit.Alexand.in l.ſi de fundo.ff.de ui & ui arm.facit.l. ſi ſeruus.C.quod cum eo. Maximè ſi poſt prohibitionē dñi quis ingrediatur, nā tūc iniuriarū tenetur.l.iniuriarū, in fi.ff.de iniu.glo.in l. diuus.ff.de ſerui.ruſt. p̄d.Niſi ingrediēs poſſeſſionem proteſtaretur, ſe nō ingredi poſſeſsionem animo occupandi eam de nouo,ſed animo ſuam continuandi poſſeſsionem, Flor.in leg.quicquid. ff. com.præd. & hoc proteſtari eſt utile.

EPITOME.

1 *Probanda quomodo ſit poßeßio in turbatiua.*
2 *Extrema duo poſſeßionis quomodo probanda.*
3 *Poßediſſe tempore litis conteſtatę, quando probandum.*

MILLEL. DCCCCXVII.

1 QVOMODO † poteſt probari poſſeſsio in turbatiua? Reſpon.ſiquis probet ſe poſſediſſe ante litē cōteſtatam, & ante turbationē illatam per aliquod tempus, & ſe adhuc poſsidere, etiam ſi alleget tantum nūc poſsidere, ſufficit: quia præſumitur continuata poſſeſsio,cum in ſolo animo conſiſtere poſſit,glo.& doct.l. ſiue poſsidetis. C.de probat. Cy.& alij in l.non ignorabit.ff.ad exhib.Prat. Papien.in for.libel.pro turb.poſſ.in ver.hodie Io.de Amic.conſ.64.pro parte Antonelli.Et
2 † in probanda continua poſſeſsione ſufficit probare duo extrema habilia,principium & finem,& tunc medium præſumetur,glo.in c.uolumus. 16.q.4.& in cap. accedens, de cōuerſ. coniug.quam probat Matheſ. ſing. 117. not. mirabilem, & Corſet. ſing. in uerb. poſſeſsio poſſeſsionis,Felyn.in c.inter,colum.3. de fid. inſtr.Balb.in rep.l.Celſus,col.43.de vſucap. & alijs modis poſſeſsio probatur,vt per Alex. conſ.118.in cauſa,colum.pen.lib.2.& conſ. 200.uiſo,ibidem, Barba. conſ.24. clementiſſimum,lib.4.Dec.conſ.56.in cauſa, & conſ. ſeq.Ruy.conſ.68.in cauſa,lib.2.& conſ.44.in
3 iuditio,lib.4.intellige † probandum eſſe nos fuiſſe poſſeſſores,& in poſſeſsione tempore litis conteſtatæ, quando alius probaret ſe medio tempore poſſediſſe: alioqui ſufficiet probare nos poſſediſſe tempore turbationis:quia præ-

præſumitur poſseſsio continuata, Aret. in §. retinendæ, colum. 3. inſt. de interd. Affl. deciſ. 394. ecclesia, poſt Bal. in d. l. non ignorabit.

EPITOME.

1 *Dilatio unica in poſſeſſorio.*

MILLEL. DCCCCXVIII.

1 IN † poſſeſſorio probationes fieri debent intra vnam dilationem, quæ ē arbitraria pro conſuetudine curiarum à qua ſi fuerit nimis arcta, appellari poterit. c. præterea, de dila. vnde allegatur glo. ſing. in l. 1. in uerb. petiturus. C. quor. bon. dicens poſſeſſoria eſſe ſummaria quò ad actorem, tamen plena probatio per eum fieri debet, ſecus in reo, vt declarat Lanfr. in rep. clem. ſepe, colum. 2. de verb. ſign. & Alex. conſ. 139. circa primum, col. ult. lib. 6.

EPITOME.

1 *Conteſtatio an fiat in poſſeſſorio.*

MILLEL. DCCCCXIX.

1 IN † cauſa poſſeſſoria fit conteſtatio. §. quorum, in fi. inſt. de interd. c. 2. ut lit. non conteſta. l. tigni, §. ſiquis, cum ſeq. ff. ad exhib. gloſ. & Bar. in l. vn. C. ſi de mon. poſſ. Bal. in l. 1. C. ſi per uim, & in leg. incerti, q. 13. C. de interd. Doct. in c. conſultationibus, de off. delegat. Alex. conſ. 2. col. 3. lib. 3. Roma. conſ. 226. circa primum, colum. 1. Aufr. in add. ad q. Toloſ. deciſ. 226. probat text. in l. properandum, in princ. ibi (ſuper poſſeſsione) iuncto verbo (poſt litem conteſtatam) C. de iudit. Et ita communiter tenetur, teſte Saly. in d. l. vn. C. ſi per uim.

EPITOME.

1 *Concluſio libelli inſpicitur ad diſcernendum poſſeſſorium à petitorio.*

MILLEL. DCCCCXX.

1 AD diſcernendum † an intentatum ſit poſſeſſorium vel petitorium, concluſio libelli non narratio inſpicitur, ſicut concluſio contractus. l. ſi volūtate. C. de reſcind. uend. Bar. in l. Aurelius. §. Stico. ff. de lib. lega. & in l. ſi oleum, in fi. cum l. ſi. ff. de dol. Bal. in rub. C. ſi cer. peta. Alex. conſ. 121. uiſo proceſſu, colum. 2. & 4. lib. 1. & conſ. 117. uiſo, libr. 2. Iaſ. in §. omnium, colum. 16. inſt. de act. & in l. ſi prius, num. 33. ff. de op er. no. nunc. vnde Lanfr. ait in rep. clem. vn. colum. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. aduocatum in hoc cautum eſſe debere: nam ſi quæſtio ſit de poſſeſsione, vt ſiquis dicat ſe poſsidere, & petat manuteneri, tunc dignoſcet eſſe poſſeſſorium, ſi verò dicat ſe dominum, & talem declarari, tunc petitorium eſſe.

EPITOME.

1 *Vti poſſidetis pro decimis vel alio iure eccleſiæ datur.*

2 *Incorporalia poſſidentur & præſcribuntur.*

MILLEL. DCCCCXXI.

1 QVANDO † quis ceſſat ſoluere per annum decimas vel cenſum ſoluere, habebit locum iudicium poſſeſſoriū, teſte Io. Fab. in §. retinendæ, colu. 5. & ſeq. inſt. de interd. Aufr. in addit. ad q. Toloſanas, deciſ. 59. Dec. conſ. 136. Ratio eſt: quia præſtatio habet vim & naturam rei immobilis, & inter immobilia computantur, text. in auth. de non alien. aut permut. §. 1. colla. 2. clem. exiui, §. cumque annui, de uerb. ſig. glo. in uer. annonas. l. iubemus. C. de ſacroſ. eccl. item iſta incorporalia præſcribi poſſunt. c. 1. de præſcrip. in 6. c. de quarta, illo tit. l. ſeruitutes. magna. ff. de ſeruit. ergo poſſunt poſsideri vel quaſi, cum ſine poſſeſsione præſcriptio non procedat. c. cauſam, de præſc. l. ſine poſſeſsione, ff. de uſuc. & ſic poſtquā hæc poſsidētur, interdicta locū habebūt. c. qrelā, de elec. c. cū eccleſia, de cauſ. poſſ. Nicol. de Milis, in uerb. poſſeſſorio, §. 11. c. cōſultationibus, de iure pat. Barba. plenè conſ. 68. illud in medium, lib. 3. Dec. conſ. 124. & ſeq. conſ. 129. & pro tenui, Rebuf. in trac. de deci. q. 10. Guid. Pap. q. 573. ſupra, Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des foreſt. §. 3. & ſeq. aliqua tamen ſuper his requiſita ſcribit Petr. Iacob. in ſua praxi in tit. ſuper penſ. aliq. Alexand. conſ. 94. repetitus, colum. 1. lib. 7. Barba. conſ. 8. ſapienter, col. 3. lib. 2.

EPITOME.

1 *Contra iura non eſt poſſeſſio, nec præſcriptio.*

MILLEL. DCCCCXXII.

1 NOTA † perpetuò, quòd nunquam acquiritur quaſi poſſeſsio iuris improbi, vt concubinatus, vel adulterij, ſeu alterius iuris damnati, ut docet Butr. in c. fi. de cauſ. poſſeſſ. & prop. refert Nicol. de Milis. verb. poſſeſſio.

ſio.q.70.quantuncunque tempus ſit; nam diu turnitas temporis in his auget peccatum.cap. ult.de conſtit.c.cum haberet, de eo qui dux. in matr.quam pol.per adult.

EPITOME.

1 *Ex titulis iuſtificari poſſeſſio debet.*
2 *In omni poſſeſſorio titulus eſt neceſſarius.*
3 *Reſtitutio per uiam attentatorum fit.*
4 *Coloratus ſaltem titulus requiritur in poſſeſſione.*

MILLEL. DCCCCXXIII.

1 Causa † beneficialis poſſeſſoria ex titulis iuſtificari debet, glo.in clem. vn. in fi.de cauſ. poſſ. Et ſic requiritur quòd poſſeſſor habeat titulum, ex quo poſſit ſuam iuſtificare poſſeſſionem, ideſt, iuſtam facere & reddere, alioqui non poterit ſe iuuare poſſeſſione & præſcriptione annali. Quod † pro-
2 cedit tam in poſſeſſorio retinendæ quàm reſtituendæ. Nam ſpoliatus petens beneficij reſtitutionem, oportet quòd iuſtificet poſſeſſionẽ ex titulo, alioqui denegatur ei reſtitutio, gl. ſingul. in d. clement. un. in gloſ. ultim. de cauſ.poſſeſſ.niſi lite pendente eſſet ſpolia-
3 tus † quia tunc per viam attẽtatorum reſtitueretur, etiam non oſtenſo titulo: vt docent Do mi.de Rot. deciſ. 2. de reſtit.ſpol. incip. fuit dubitatum, in no.& ita cenſuit Senatus Tolo ſanus, vt refert Aufr.in q.Toloſ.deciſ.15.Caſſad.deciſ.3.de reſtitut.ſpol.poſt Old. conſ.1.
4 Paris.conſ.12.in iſto, lib.4.Et † oportet ſaltẽ exhibere & producere titulum coloratum, vt docet Rot.deciſ.7.de prob.incip.ſiquis dicat, in no. Et ſufficit ad colorandum poſſeſſionẽ probare eam habitam fuiſſe auctoritate ſuperioris, licet collatio fortè fuerit uitioſa, Dom. de Rot. deciſ. 16. de reſtit. ſpol.incip.ſi. A. conferatur, in no. Franc. in c.fi.col.2. de reſtit.ſpol.in 6. facit.c. cum noſtris, de conceſſ. præb.glo.in §.ordinarij, in verb.inquirant, in tit.de pacif. poſſ.in Pragmat. plus dicens, ꝙ ex quo non apparet auctoritas ſuperioris, eſt euidenter iniuſtus poſſeſſor, cui non competit poſſeſſorium, Dom.de Rot.deciſ.2.

EPITOME.

1 *Prorogatio dilationis quando concedatur.*
2 *Non niſi parte petente fit prorogatio.*
3 *Prorogatio abſente parte facta non ualet.*

MILLEL. DCCCCXXIIII.

1 Prorogatio † non debet fieri niſi cauſa cognita.l.fi.ff.de fer.& ſi fiat, vel ſecunda detur dilatio, erit ipſo iure nulla, per d.l.fi.vbi lex, aufert potentiam, ſic conſuluit Bar.conſ.97.in quæſtione prædicta, vbi etiam dicit non vitiari dilationem, ſi dicat iudex con ceſſimus pro prima, ſi poſtea aliam non præ-ſtet, Alex.conſ.101. uiſis omnibus, col.2.lib.
2 5.item † parte non petente non poteſt prorogari, vel dari noua dilatio, & ſi ex officio data ſit, non valebit.l.1.C.de dilat.c.fi.3. q. 3. Bal. in d.l.fi.ſic conſuluit Soc. conſ.47.in præſen
3 ti, col.3.nu.3.lib.4. Nec † valeret prorogatio parte abſente facta, & ea non citata, ſecundũ Soc.vbi ſupra. Tum quia (vt dixi) requiritur cauſæ cognitio.l.2. ff.de re iud. ergo & citatio.leg.in cauſæ.§. cauſa cognita.ff.de minor. Rom.conſ.226.vltra, doct.in l.4.§.ſi quis cõ demnatus.ff.de re iud. poſt Luc. de Pen. in l. apud quem.q.4.C.de om.ag.deſ.lib.11.& iſta opinio de ſtylo Curiæ approbatur, teſte Boer. deciſ.294. plerunque.

EPITOME.

1 *Requiſita vt teſtes recipiantur ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Citanda pars & quando in examine ad futurum.*
3 *Teſtes non iterum examinantur in futuro examine.*
4 *Iudex competens examinis ad futurum quis.*
5 *Criminalia non patiuntur examen ad futurũ.*

MILLEL. DCCCCXXV.

1 Ad hoc † vt teſtes ad perpetuam rei memoriam recipiantur, requiritur cauſa, rationabilis, videlicet quòd illi teſtes ſint abfuturi, vel morituri de proximo, vtpote ſenes aut valetudinarij.c.ſi.vt lit.non cont.l.in leg.
2 Aquilia. ff. ad l. Aquil. Secundò † requiritur, quòd pars contra quam producuntur citetur, ſi citari poſſit.d.c.fi.& articulas ei oſtendi, ſuper quibus debent examinari dicti teſtes, ſi pars hoc petat. Tertio, ſi pars nõ fuerit citata, quod conueniatur intra annum, ex quo conueniri poterit, vel ſaltem nunciatio receptionis teſtium fiat illi.d.c. fi.uerſ.ſed ſi actor, gloſ.in c.ſignificauit, de teſtib.leg.3.§. duæ cauſæ. ff. de carb.edic.ſi forte pars non timuerit aduerſarij potentiam, arg.cap.ſtatutum.§.1. de reſcrip.lib.6.Capel.Toloſ.deciſ.475. ſed prius quàm examinentur teſtes prædicti ad futurã rei memoriam, iudex debet inter loqui eos eſſe tales, videlicet ſenes, aut valetudinarios, vel aliam cauſam ad eſſe: teſte Guid. Pap. in conſ.231. abſolui. per glo.mag.in fi.in d.l.in
3 lege Aquilia. Quartò † iſti teſtes ita examinati non debent iterum examinari, licet ſuperſtites

ſtites ſint poſt litis conteſtationem, vt refert Aufr. Areſto. 20. item q; in quadam, licet Maſuer. in 2. §. de teſta. dicat iterũ examinandos ſuperſtites, ſi pars non conſentiat, quòd prima examinatio proſit. Hoc ex cauſa fieri poterit, ſi iudici viſum fuerit. Quintò † iſtud
4 examen debet fieri à iudice competente: & ordinarius ad hoc dicitur competens, & delegatus ab eo. c. cum. P. Tabellio, & c. ſi inſtrumenta, de fid. inſtr. ſic conſuluit Gemin. conſ. 4. in cauſa, col. 1. Sextò † in ciuilibus iſtud ex
5 amen ſolet fieri, non in criminalibus, d. c. fin. ibi (cum ciuiliter eſt agendum.)

EPITOME.

1 *In dubijs quid agendum iudici.*

MILLLEL. DCCCCXXVI.

1 QVOMODO † iudex debeat iudicare, quando iura partium ſunt obſcura. gl. & Doct. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. dicunt rem diuidendam, & iudicium ruſticorum ſequendum. Vide tamen quomodo hoc fieri poſsit, per Barba. in procem. clem. §. hæc ſanè, col. 29. Bauer. in §. fi. inſt. de vulgar. ſub. Dec. in c. 1. vlt. not. de prob. & conſ. 445. in caſu, col. 1. & abundè per Boer. in deciſ. 42. alia. in fi. & deciſ. 239. & in prędicta.

EPITOME.

1 *Sententia poſſeſſorij lata in defunctum non eſt executoria contra illius hæredem.*

MILLEL. DCCCCXXVII.

1 DE iure † ſententia lata in interdicto vti poſsidetis contra defunctum non mandatur executioni contra hæredem illius, qui non poſsidet ui, clam, vel precariò, quia iuſtè poteſt hæres poſsidere, & ſuo nomine tantum tenetur. leg. de eo. §. hęres. ff. ad exhib. Inno. in c. abbate, colum. 2. de uer. ſig. nec poſſeſsio defuncti in hęredem continuatur. leg. cum hęredes. ff. de acq. poſſ. Bal. expreſsè in d. §. hæres. Sic fuit iudicatum in magna Camera Neapoli, vt refert Affl. deciſ. 145. lata fuit, Abb. Fely. Paris. in c. ueniens, in fi. de præſcript. Tamen per ſententiam latam contra Titiũ compeſcetur hęres eius turbans victorem, ſaltem per actionem iudicati, teſte Io. Fab. in §. retinendæ, col. 13. verſ. ſed an hæredi, inſt. de interd. Quia omnia interdicta ſunt in rẽ ſcripta, l. 1. §. pen. ff. de interd. ſequitur Capy. deciſ. 1. facit. l. ſi duo, in prin. ff. uti poſsid.

EPITOME.

1 *Princeps mandare poteſt, ut omiſſo poſſeſſorio cognoſcatur de petitorio.*

MILLEL. DCCCCXXVIII.

1 LICET † Princeps non poſsit tollere ius dominij, etiam in profanis. leg. quoties. C. de pcib. Imp. offer. l. ſi. C. ſi cont. ius. Tamẽ poteſt ius poſſeſsionis tollere, & facere vt tractetur de petitorio omiſſo poſſeſſorio, vt docet Alex. conſ 54. uiſo, colum. 1. Abb, in c. in literis, col. 8. de reſt. ſpol. refert Capy. deciſ. 69. num. 13.

EPITOME.

1 *Neceſſaria ſequeſtratio non priuat quem ſua poſſeſsione.*

MILLEL. DCCCCXXIX.

1 SEQVESTRATIO † neceſsaria ex legis vel iudicis neceſsitate non priuat quẽ ſua poſſeſsione, quod ſecus eſt in voluntaria: Bar. & doct. in l. intereſſe. ff. de acq. poſſ. plenè Alexand. conſ. 94. viſis & ſæpius, libr. 5. & ideo Henr. Boic. in c. examinata, de iud. dicit quòd manus Regia appoſita rei contentioſæ non priuat quem ſua poſſeſsione, ſequitur Io. de Selua. in tract. de benef. in 2. par. q. 9. & hoc firmum eſt in forenſi iuditio, & inter pragmaticos: quia id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt. l. id quod. ff. de reg. iu.

EPITOME.

1 *Prohibita regulariter ſequeſtratio.*
2 *Limitatur in certis caſibus remiſſiuè.*

MILLEL. DCCCCXXX.

1 REGVLARITER † ſequeſtratio prohibita eſt. l. vn. cum rub. C. de proh. ſeque. pecu. Ratio eſt, quia pendente lite quis non eſt ſua priuandus poſſeſsione, c. 1. vt lit. pend. c. 1. de ſeq. poſſ. oportet. n. debitorem primò conuinci, & ſic deinde ad ſolutionem pulſari. d. l. vn. Boer. deciſ. 172. Et quia ſequeſtratio eſt ſimilis executioni, quæ non fit ex abrupto. l. 1. C. de execu. rei iud. Bald. in c. 1. col. 3. de ſeq. poſſ. & fru. ubi octo aſsignat rationes, quæ in idem ferè reincidunt. Et quamuis rub. C. de proh. ſeq. pecu. loquatur in pecunia, tamen pecuniæ appellatione rem ſignificari

ſicari Proculus ait.l.pecuniæ.ff.uer. ſig. Fallit
2 † in quibuſdã caſibus,quos glo.& doct.in d.l. vn.& ibi Curt.Sen.not.2.ſcribunt, & Hoſt.in ſum.de ſequeſt.§.& an ſit licita. 15. caſus refert. Facit quod ſcribit Alex.conſ.163. circa, lib.6.dicit tamen Abb.in c.& fin. de ſequeſtr. poſſ.& fruc. quòd quando æquitas, vel cauſa debet mouere iudicem ad ſequeſtrandum, poteſt fieri ſequeſtratio. Caſus eſt ille not. quando dubitatur de dilapidatione fructuum, lite pendente fiet ſequeſtratio, quando reus non eſt ſoluendo. l.Imperatores,in fi ff.de appel. Aufr.in add.ad q.Toloſ.deciſ.477.

EPITOME.

1 *Sententia ſequeſtri executoria eſt.*

MILLEL. DCCCCXXXI.

1 NOTANDVM eſt, † quòd poſtquàm iudex decreuerit ſequeſtrationem faciendam, illa ſententia non obſtante appellatione executioni mandabitur, per l. Imperatores,in fi.ff.de appel.Bal.Rom. in l. ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatisd.cog.quia præſumitur fuiſſe appellatum cauſa executionis impediendæ & differendæ.l.ſatis apertè.1.C. de falſ. Abb. in c.2. de ſeq.poſſ. & fruc. & debet ſententia proferri præcedente ſummaria cognitione.§. ſi uerò etiam, in authen.de exhib.reis,coll.5. Bal.in l. ſi oleum, in prin.ff. de dól. Affl. deciſ.98.pulcrum. Et ſi forma in ſequeſtratione non fuerit ſeruata, tunc erit ſubueniendũ per appellationem, vt docet Luc. de Pen. in l.pen.§.ſuper his.C.de erog.mil.anno.

EPITOME.

1 *Pendente dilatione nihil eſt innouandum.*

MILLEL. DCCCCXXXII.

1 DILATIONE † pendente officium iudicis conquieſcit, donec petiti temporis deflux erint curricula.l.ſiue pars. C. de dilat.Vnde pendente dilatione nihil poterit iudex contra partem agere.c. 2.& c. præterea, de dilat.Et ſententia lata dilatione pendente eſt nulla,Iaſ.conſ.44.ex ſola, col. 2. libr.3.& executioni mandari nõ poteſt,Bal.conſ.434. videtur,lib.2.Hoc non procedit in certis caſibus,de quibus abundè per Soc. in tract.fall.regul.93.dilatione, Lap.alleg.82. in cauſa col. pen.Doct.in l.1.C.de dila.Cano.in c.ſignificante,de appel.

EPITOME.

1 *Secunda dilatio non ſolet concedi,nec conceſſa prorogatur.*

MILLEL. DCCCCXXXIII.

1 SECVNDA † dilatio ſi conceſſa fuerit, omnia quæ vi illius fient, erunt nulla, vt not. Iaſ.in l.fi.col.3.uerſ.amplius.ff.de fer. Capy. deciſ.81.& ſeq. Etiam ſiquis caſu atteſtationes amiſiſſet, non habebit aliam dilationem ad iterum probandum, ne lites ex litibus oriãtur, teſte Inno.in c.prudentiam, col.5.uerſ. probauerit,de off.deleg.vbi dicit arbitrio iudicis relinquendum. Hoc tamen caſu putarem Principis reſcripto aliam dilationem concedendam ad iterum probandum, per.l. ſiquis ex argentarijs.§.fi.cum l.ſeq.ff.de eden.Alex. cõſil.58.lib.1.Nec poſſet prorogari hæc ſecũda dilatio inuita altera parte, cui iam quęſitũ eſt ius, teſte Bal. in l. 1.in fi. C.quo.& quan. iud.Rom. conſ. 226.vltra, col.1. aliàs fieret fraus legi,& lites non breuiarentur. gl. tamen & Doct.contrarium tenent in l.fi.ff.de fer.

EPITOME.

1 *Iurare debet teſtis.*
2 *Iuramentum debet præſtari ante depoſitionem.*

MILLEL. DCCCCXXXIIII.

1 TESTIS † tenetur iurare, l. iuſiurandi. C.de teſti.cuiuſcunque ſtatus conditionisve ſit. c. nuper,illo titu. alioqui nullam ſidem facit, etiam ſi dicat per fidem, veritatẽ ſe dicturum, vt docet Bald.in l.milites, in fi. C.de teſta.milit.Dec.conſ.54.in caſu. Imò licet pars eſſet contenta ſtare aſſertioni petitoris,tamen iudex poterit inuita parte iuramentum extorquere, Bal. & Alex. in l.1.ff.de fer. Iaſ.in rep.l.admonendi,nu.235.ff. de iureiu. & ſic teſtes iurare debent, alioqui eis non creditur: quia timore periurij verentur falſum exprimere.c.de teſtibus,eod.tit. & quia magis creditur dicto iurato quàm non iurato.l. eos,ubi Bar.ff.de falſ.Iacob.in l.qui falſi,col. 2.ff.de teſti.& in d.l.admonendi,in fin.Bal.in c.un.in fi.qual.dom.feud.propriet.priue.nec ſufficit domi iuraſſe,Bal.in c.iurauit,col.2.de prob.niſi de conſuetudine hoc eſſet immutatum: vtpote ſi domi ius redderetur, Dec.con-
2 ſil.163.in cauſa,colum.6.num.8.etiam † tenetur iurare ante depoſitionem, alioqui non ualerent teſtimonia, etiam ſi poſtea iurarent, aſſerit Speculat. in titu. de teſti.§. ſequitur, in

in fi. Bal. in Marg. in verb.teſtis.q.55.Guid. Pap.q.125.& ſeq.Fely.in.c.fraternitatis,de te ſtib.Si nō appareret an prius iurauerint quàm depoſuerint,præſumuntur prius iuraſſe,quàm depoſuiſſe,vt docet Iaſ.in rep.d. l. admonendi.nu.230.Quomodo teſtes iurare debeant,vide Guid.Pap.deciſ.65.licet,& deciſ. 515.religioſi.

EPITOME.

1 *Teſtis examinatus non citata parte non probat.*
2 *Vnica citatio ſufficit ad videndum iurare teſtes.*
3 *Parte non citata quando auditi ſunt teſtes, quid agendum.*

MILLEL. DCCCCXXXV.

1 EXAMINATVS † teſtis non citata parte non probat,nec quidem facit indiciū, vt firmat Abb.& alij in.c.2.de teſti. per illum tex.ibi(nullius momenti) quod denotat nullitatem ipſo iure,glo.in l.ſi libertus,in ver. momenti.ff. de iurepa. Quia hæc examinatio facta eſt contra legem.l.non dubium.C. de legib.Bal.in.§.item ſacramentum,col.2.de con ſuet.rect.feud.Barba.cōſ.11.illud,col. antep. lib.4.Marſ.in prat.crim.§. ſecunda quæſtio. nu.77.licet Dec.in.d.c.2.dicat facere tantum
2 præſumptionem. Sufficit † tamen vnica citatio,etiam non peremptoria, ſi in ea cauſa exprimatur,videlicet ad videndum iurare teſtes, tex.in.d.c.2.vbi Cano.Bar.in.l.conſentaneū,
3 col.2. quom.& quand.iud.Vnum † tamen notandum eſt,quòd ſi auditi fuerint teſtes non citata parte ad videndum eos iurare, tunc poterit pars, quæ eos produxit,petere vt illi repetantur parte citata: etiam poſt concluſum in cauſa officio iudicis:vt docet Capy.deciſ.35. in fi.poſt Mar.Soc.i.c.fraternitatis,in 4. prin. art.in.1.concluſ.de teſti.Purp.in.l.2.§. fi. nu. 63.cum ſeq.ff.ſi cer.peta.

EPITOME.

1 *Egregiæ perſonæ,mulieres,& valetudinarij ad iudicium vt teſtes vocati ire non tenentur.*

MILLEL. DCCCCXXXVI.

1 SI † teſtes egregiæ perſonæ ſint, ad eas mitti debet,ſi hoc petant.l.ad egregias. ff. de iureiu. & hoc expenſis communibus partium aſſerit Aufr. in add.ad. q.Toloſ.deciſ.100. & 273.Hodie fieri ſolet expenſis partis producētis.c.mulieres, de iud. Si autem valetudine ad uerſa detenti ſint, etiam ad eos mittetur, nec non ad mulieres, quas vagari non conuenit, doct.in.d.c.mulieres,de iud.in.6.& in.c.fi. vt lit. non conteſt. Et hoc fieri debet parte ad hoc vocata: alioqui non valerent teſtimonia,glo.in.c.mulieres,in verb.idoneam,& ibi Franc.

EPITOME.

1 *Aperiens teſtificationes punitur vt falſarius.*

MILLEL. DCCCCXXXVII.

1 SI † pars aperiat atteſtationes, tanquàm falſarius punitur, non tamen pœna falſi, ſed alia arbitraria, & illas impugnare poſtea non poterit,per tex.in c.cum olim.2.de off.deleg. vbi plenè doct. & alijs pœnis quas ſcribit Roma.conſ.346.in hac,col.2.facit. l. in fraudē. §.quoties. ff. de iu. fiſ. Nam atteſtationes debent eſſe partibus ſecretæ. l.multum.C.de teſti.Lanfr. in.c.quoniam,in verb.teſtium, col. 2.de prob.Debent etiam eſſe teſtibus ſecretę, ne vnus ſciat,quod alter depoſuit, Paul. in .l. minimè.ff.de legib.

EPITOME.

1 *Citati debent eſſe teſtes non verò ſpontaneè ſe ingerere.*

MILLEL. DCCCCXXXVIII.

1 PRODVCENDI † teſtes à parte ſunt. l. produci,cum.l.ſeq.ff.de teſti.alioqui ſi teſtes ſine productione & citatione ſe ingererent, eiſdem non crederetur tanquàm ſuſpectis.l.quæ omnia.§.1.ff.de procur.Bar. in .l. poſt legatum.§.his verò.ff.de his quib. vt ind. Quia ſic voluntariè deponens præſumitur inimicus.c. cum.P.Manconella, vbi Abb. de accuſ.Marſ.in.l.vnius.§.ſeruo.not.1.ff.de queſt. vbi idem dicit in eo, qui proſequitur homicium,quando ſua non intereſt,vt is videatur fe ciſſe illud,cum ſe ingerat, & iudex dicitur ſuſpectus,quando ingerit operam ſuam,glo.in. c.paſtoralis,in verb.plures, de reſcrip.

EPITOME.

1 *Obiectus teſtium non recipiuntur poſt concluſionem.*
2 *Inhabilitas teſtis obijcitur etiam poſt concluſionem.*
3 *Quando iuretur teſtes non fuiſſe ſubornatos.*

MIL-

MILLEL. DCCCCXXXIX.

1 POST † publicationem & concluſionem in cauſa non recipiuntur obiectus teſtiũ, nec reprobari teſtes poſſunt. c. licet cauſam, de prob. c. præſentium, de teſtib. quia præſumitur pars ex malitia opponere. Niſi fuerat antea proteſtatus, uel de nouo nenerit ad ſuam notitiam, quod iuramento ſuo probari poterit. d. c. præſentium, facit. c. paſtoralis, de excep. Si tamen iudex teſtes receperit, ſi pars iurauerit de nouo teſtes veniſſe ad ſuã notitiã, & ſi poſſit probari non de nouo uenlſſe, non valebit depoſitio: quia iuramentum intelligitur tacitè, ſi ita ſit. l. ſi. ff. qui ſatiſd. cog. c. & ſi Chriſtus, de iureiu. Paul. Caſtr. in. l. ſi cum patruo. C. com. utr. iud. Marſ. ſing. 297. vel uiſi fuerit impeditus per partem, vel iudicem opponere, tex. & ibi glo. in uerb. iuramenta, in. c.
2 I. & . A. de re iud. Vel † niſi illæ exceptiones omnino redderent teſtem inhabilem, vtpote quòd teſtis eſt hæreticus, iudeus, & aliæ ſimiles: quia iſtæ à parte remitti non poſſunt exceptiones, Bal. & Saly. in. l. ſiquis teſtibus, colũ. ult. C. de teſtib. Vel niſi teſtes recepti fuerint abſente parte: quia tunc pars non videtur conſentire, vt docet Fely. in d. c. preſentium. Teſtes tamen cum inſtrumento poterunt produci poſt publicationem, per text. in. c. ſeries, de teſtib. ſecundum Rom. ſing. 80. tu habes, quia
3 tunc ceſſat timor ſubornationis. Et † in quibus caſibus qs producere teſtes debet poſt publicationem & didicita teſtificata, iurare debet, q̃ teſtes non ſubornauit, aliàs admitti nõ debet, Bal. in. c. iurauit, de proba. quem refert Marſ. ſing. 128. teſtes.

EPITOME.

1 *Dicta teſtium quando impugnare liceat.*

MILLEL. DCCCCXL.

1 NOTANDVM eſt † quòd in caſu, quo non poſſum reprobare teſtem: vtquia examinatus eſt etiam pro me, vt per gloſ. in. c. conſtitutus, de teſti. tamen potero opponere contra dicta, per tex. & ibi Saly. iu. l. ſiquis teſtibus, colum. 2. C. de teſti. Gemin. iu. c. 2. §. vlt. de conſ. lib. 6. Dec. conſ. 8. viſo puncto, nume. 8.

EPITOME.

1 *Quomodo opponatur contra dicta teſtium.*
2 *Falſum deponentes perſonaliter citantur.*
3 *Obiectus concludens detur.*

MILLEL. DCCCCXLI.

1 CONTRA † dicta teſtium opponi poteſt quòd ſunt falſa, coutraria, vel varia, Bar. in. l. eos. ff. de falſ. l. ſcripturæ. C. de fid. inſtr. vel obſcura. l. de ætate. §. nihil. ff. de interog. act. vel non ſunt neriſimilia. c. quia ueriſimile, de præſump. & quod non eſt veriſimile, eſt falſitatis imago, Bal. ibi, quem refert etiam Fe
2 ly. Et † ſi pretendatur teſtes falſum depoſuiſſe, poſſunt citari perſonaliter ſub pœna confeſſi & conuicti, vel poteſt condemnari pars, ad cuius utilitatem depoſuerunt, ad eos præſentandum intra certum tempus, aliàs eorum depoſitionibus nulla adhibetur fides: vt concluſit magna Curia Neap. prout refert Capy.
3 deciſ. 60. in cauſa teſtium. Et † obiectus in teſtes debet eſſe idoneus, & concludeus neceſſariò, ſicut probatio. l. neque natales, & . l. ad probationem. C. de prob. c. in preſentia, illo tit. Doct. in. c. præſentium, de teſti. lib. 6. Et hoc inſpicietur tempore depoſitionis & iuramenti. l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de carb. edic. Bal. in. l. 2. C. de teſti. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. Alb. in tract. ſtat. 4. par. q. 71. Barba. conſil. 47. præclarè, column. 4. libr. 2. Marſ. in. l. 1. §. idem minimo, & . §. ſeq. ff. de quæſt.

EPITOME.

1 *Procurator quando reuocetur per mortem.*

MILLEL. DCCCCXLII.

1 MANDATVM † procuratoris reuocatum eſt per mortem domini lite non conteſtata. l. & quia. ff. de iuriſd. om. iud. l. mandatum. C. mand. l. eius. ff. ſi cer. peta. Bal. conſ. 340. tria ſunt, libr. 2. Sed ſi lis fuerit conteſtata, eo quia ipſe eſt factus dominus litis, non reuocatur mandatum per mortem. l. nulla dubitatiò. C. de procur. Iaſ. conſ. 138. reuocatur, lib. 4. Capy. deciſ. 186. Tutius tamen eſt ab hæredibus mandatum conſequi, quamuis ſi ſatiſdatum fuerit pro procuratore non finiatur mandatum, per. l. ſi defunctus. ff. de procur. Etiam ſi vterque mortuus ſit, adhuc valebit ſententia, ideſt, tam procurator quàm dominus, ſi non conſtet de morte illorum: Guid. Pap. q. 86. procurator.

EPITOME.

1 *Citatio contra mortuum circunducitur.*
2 *Inſtantia cum defuncto quando tranſeat in hę redem.*

MILLEL. DCCCCXLIII.

IN hac materia fac ſequentes caſus. Primus
1 eſt † quòd citatio facta contra Titium, qui ante terminum comparendi deceſsit, circunducitur: quippe edictum peremptorium morte rei ſoluitur. l. in ſumma, in fi. ff. de re iud. Et in hoc eſt communis doctorum conſenſus. Secundus eſt, quando iudicium inchoatum eſt cum Titio, qui pendente lite moritur, tunc licet aliquis eum defendat, ſententia lata contra iſtum iam mortuum non ualet, nec proceſſus. l. de qua re. §. fi. ff. de iud. Tertius caſus
2 † quando reus moritur lite pendente, proceſſus factus cum eo valet, & iuſta inſtantia tranſit in hæredem. l. ſi cum hominem. ff. de fideius. c. quia, de iud. Por. in. §. ſuſpectus autem, inſt. de ſuſpec. tut. ideo citandi ſunt hæredes; & omnia acta cum defuncto facta debent repeti cum ipſis. Allegatur Bar. in. l. Lucius. ff. ad Treb. qui tamen hoc non dicit, ſed Doct. in l. 1. C. ſi pend. appel. mors interu. & Iaſ. in. l. in ſumma, in fi. ff. de re iud.

EPITOME.

1 *Cedens liti quando ad expenſas tenetur.*
2 *Cautela pro litigantibus.*

MILLEL. DCCCCXLIIII.

1 QVI † cedit liti ad expenſas debet condemnari, Bar. in. l. poſtquàm liti, in vlt. col. q. 5. C. de pac. & in auth. cōtra qui propriam, not. 2. C. de non num. pecu. Quia cum præiudicio partis non poteſt renunciare, & damnum quod dedit ſarcire tenetur, etiā quia in eo præſumitur temeritas, Bal. & Iacobi. in. l. eum quem. ff. de iud. Niſi cauſa, quare renunciat, ſuperuenerit: quia antea iuſtam litigandi cauſam habebat, & renuncians liti non dicitur propriè ſucumbere. l. alia, vbi Bal. & Sali. vlt. not. C. de his quib. vt ind. Tamen is qui cedit liti dicitur victus, & alter victor, Bal. in. d. l. poſtquàm liti, ideo condemnatur in expenſis. Niſi cederet poſt inſtrumentum de nouo productum, tunc ad nullas expenſas tenetur: quia antea iuſtam cauſam litigandi habebat. l. ſiquis inficiatus, vbi Bar. ff. depoſ. l. deſtitiſſe. ff.
2 de iud. Ideo † cautela eſt, vt ſtatim viſa probatione liti cedas, & bonam fidem agnoſcas, & expenſarum condemnationem euitabis: teſte Math. not. 83. not. praticam, glo. in. d. l. eum quem temerè. Si verò cognita probatione & veritate ſtatim nō cedas, ſed vſq; ad finem perſiſtas, condemnari debes ad omnes expenſas, ſiue ſis actor, ſiue reus. Quia veriſimile eſt, quòd ſi à principio notitiam habuiſſes inſtrumenti & veritatis cauſæ, quòd litem inchoaſſes, poſtquàm viſo inſtrumento liti non renunciaſti, vt dicit Rom. ſing. 396. alio ſero, & hoc ſequitur Dec. in. l. qui in alterius. ff. de reg. iu.

EPITOME.

1 *Iuſtam cauſam litigandi habens debet expenſas, ſi eas promiſerit.*

MILLEL. DCCCCXLV.

1 IN caſibus † in quibus pars habet iuſtam cauſam litigandi, adhuc condemnabitur ad expenſas, ſi eas promiſerit per ſtipulationem, glo. ſing. in. §. oportet, in auth. de iud. colla. 6. quia promiſſa reſtituenda ſunt. tex. in. l. vn. C. de ſuffrag. & vt illa promiſsio aliquid operetur. l. ſi quando. ff. de leg. 2. Et quia iure actionis debentur, & vbi per actionem debentur, iuſta cauſa nō excuſat. l. fideicommiſſa. §. ſi rē. ff. de leg. 3. Alex. conſ. 119. quæritur, col. pen. lib. 2. & conſ. 34. viſo proceſſu, in fi. lib. 3. Vnde praxis inoleuit, vt notarij in inſtrumentis contractuum ſoleant cōſcribere, quòd ſi pars contrauenerit, promittit expenſas & damna, quæ patietur altera pars, & tunc etiam ſi iuſtā litigandi cauſam habeat, parti adhuc debentur expenſæ: vt concludit Alexand. conſil. 34. conſultus, in fi. lib. 4. & cōſ. 135. circa, colum. pen. lib. 6. & Iaſ. conſ. 134. in inſtrumento, colum. pen. lib. 4.

EPITOME.

1 *An iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis, ſi ſtatutum exigat condemnationem.*

MILLEL. DCCCCXLVI.

1 SI † ſtatutum diſponeret, quòd victus victori in expenſis condemnetur, tunc etiam ſi iuſtam cauſam habeat litigandi victus: adhuc in expenſis condemnari debet. Abb. in tract. ſtatu. in. 2. par. q. 191. quid, ſi ſtatuto, glo. in verb. cauſam, in. §. 1. in auth. de exhib. reis, colla. 5. Cremens. ſing. 120. habens iuſtam, Barb. in clem. cauſam, column. 60. de elect. & in conſil. 85, column. 8. libr. 3. Tum vt ſtatutum aliquid addat iuri, vt debet. l. 4. §. prætor. ff. de

dam.

dam.inf.vbi Bar.Marſ.ſing.207.victus. Tum quia debentur iure actionis ſtatuti.Sed hoc negat Mathes.ſing.8.not.quòd Bar. ac multi notæ auctoritatis viri,quos Alex.& Iaſ.citant in.l.properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iud. Dicentes ſtatutum intelligendum ſecundum rationem & æquitatem naturalem, ne abſurdum ſequatur.l.ſcire oportet.§.ſufficit. ff. de excuſ. tut. Melius eſt quòd ſtatutum nihil operetur, quàm ſiquis contra æquitatem damnum indebitè pateretur.l.fi.§.in computatione,vbi glo.& doct.C.de iu.delib. Sed ſi habẽs iuſtam rationem litigandi condemnaretur indebitè, & contra æquitatem pateretur, ob id non deberet condemnari,etiam ſi ſtatutũ hoc dicat. Et iſta eſt ſententia æqua, quicquid in contrarium Doct. aſſerant, & in iudicijs tenenda.

EPITOME.

1 *Damnorum quando fiat condemnatio.*

MILLEL. DCCCCXLVII.

1 NOTANDVM eſt † quòd in condemnatione expenſarum litis, quæ fit ratione victoriæ ueniunt tantum expenſæ factæ in lite, non autem habetur ratio damnorum. Sed quando expenſæ veniunt ratione contumaciæ,vel retardati proceſſus,vel calumniæ, tunc veniunt & damna,glo.in.l.1. ff.de alien. iud. Doct.in.l.eum quem temerè.ff.de iud. Sed an lite ſopita damna peti poſsint,docet Bal.con.106.quidam dominus.li.3. Nec expenſarum nomine veniunt damna, Bar.& Bal.in.l.3.C. de fruc.& lit.exp.Iaſ.in.l.1.§.fi. ff. ſiquis ius dic.non obtemp.

EPITOME.

1 *Appellari poteſt ab omiſſione condemnationis expenſarum.*

2 *Et an contra iudicem agi poſſit ſi condemnare omittat.*

MILLEL. DCCCCXLVIII.

1 SI † iudex condemnauerit partem poſtquã expenſæ petitę fuerint,poterit pars appellare, & ſi non appellauerit, imputare ſibi debet.c.ſignificauerunt,de except.l.fi.C.de fructib. & lit. expen. niſi quando uictus appellauit.l.fi. C.quand.prouo.non eſt neceſ. Et ita ſeruant Curiæ: teſte Specul.in tit.de appel.§. in quibus.verſ.pẽ.Georg.Natta in rep. clem. 2 ſępe,in glo. vlt. de ver. ſig. Nec † poterit pars poſtea agere contra iudicem,qui omiſsit condẽnare,quia pars appellare poterat: quicquid dicant Doct.in.l.filiusfa.ff.de iud.per.l.fi. ff. de var.& extraord.cogn.& in.§.1.inſt. de oblig. quę ex quas. delic. Et ſi iudex abſoluat ab expenſis,poterit etiam victor appellare, quia grauatur:vt docet Luc.de Pen.in.l.vn.q. 5. & ſeq.C.de ſump.recup.lib.10.

EPITOME.

1 *Differens producere inſtrumentum, illud poſtea non producit,non refuſis expenſis.*

MILLEL. DCCCCXLIX.

1 NOTANDVM eſt † quòd ſiquis per calumniam differat producere inſtrumentum,non debet poſtea recipi eius productio, niſi refuſis expenſis proceſſus retardati. Bal. hoc nominatim ſcribit in. c. exceptionem, in prin.de excep.quem refert Fely. in. c.ad audientiam.2.de reſcrip.& in c.de cętero,col.4. de re iud. allegat.c. ſuſcitata,& ibi Abb. in 3. not.de in integ.reſtit.Marſ.in.l.patre,nu. 84. cum ſeq.ff.de quæſt.

EPITOME.

1 *Taxationem expenſarum ſolent iudices reſeruare non condemnationem.*

2 *Succeſſor iudicis expenſas taxat.*

MILLEL. DCCCCL.

1 TAXATIONEM † expenſarum ſolet iudex in condemnatione ſibi reſeruare,ſed condemnationem ſibi reſeruare non poteſt. l.terminato, vbi doct. C.de fruc.& lit. expen. quia per condemnationem rei principalis eſt functus officio ſuo, & ideo non poſſet poſtea condemnare ad expenſas.l.Paulus.1.&.l. iudex.ff.de re iud.Ideo praxis inuenit, vt ſibi taxationem reſeruet,vt docet Marſ.in.l.patre, nume. 73. ff. de quæſt. Vnde iudices dicere ſolent, talem reum ad expenſas condemnamus, taxatione nobis & Curię noſtræ impoſterum reſeruata. Et ſi iudex non reſeruaret ſibi taxationem, non poſſet poſtea expenſas taxare,cum ſit ſuo functus officio,tex.in.l.1. in prin.vbi Paul.& Vincẽt.ff.ad.l.Fal. & Luc.

de Pen.in.l.vn.col.3.C.de ſump.recup.q.t 2.
2 lib.10.Et † non ſolum is iudex, qui condemnauit, taxare ſolet, ſed etiam eius ſucceſſor: quia vnus videtur iudex, arg.l. proponebatur. ff.de iud.Bar.in.d.l.terminato,col.2.Lanfr.in rep.c.quoniam, in fi.uerſ. quæro quis habeat, de prob. Dubium tollitur per ſententiam, quę dicit. Curiæ noſtræ reſeruamus.

E P I T O M E.

1 *Iudex ex officio expenſas taxat.*

MILLEL. DCCCCLI.

1 IVDEX † ex officio ſuo expenſas taxare poteſt ſine alia probatione, conſiderata tamen qualitate cauſæ, & temporis prolixitate, per.l.non ignorat.C.de fruc.& lit.exp. Bar.& alij in.l.1.in fi.ff.ſi quis ius dic.non obtemp. ſic conſuluit Alex. conſ.37.viſo,col.pen.lib. 2. Niſi fuerit appellatũ à ſententia, in qua pars fuit condemnata in expenſis: eo.n.caſu nũquã expenſæ erunt taxandæ, donec cauſa fuerit finita per tres ſententias. Alioqui taxatio reuocabitur per viam attentati, vt fuit concluſum in Rot. vt patet deciſ. vlt. de ſent. & re iud. incip. not. quòd ſi feratur, in antiq. Et quæ expenſæ debeantur docet Specul. in titul. de ſatisd. §.1.

E P I T O M E.

1 *Taxationem factam iudex non reuocat expenſarum.*

MILLEL. DCCCCLII.

1 SI † iudex ſemel taxauerit expenſas, non poteſt poſtea taxationem reuocare, poſtquàm illam parti tradidit: quia eſt functus officio ſuo.l.iudex.ff. de re iud.c. in literis, de off.deleg.docet Gui.Pap.ſing.711.ſi iudex. Quamuis Bal.teneat contra, vt refrt Iaſ.in.l. 1.col.2.C.de iud.& in.l.in actionibus, col. vlt.ff.de in lit.iur.quem ſequitur Mar.in practi crim.§. ſupereſt, in fi. Niſi eſſet facta taxatio expenſarum ſententiæ interlocutoriæ, Rom. conſ.362.quoad primum. Vide tamẽ Rebuf. in rep.l.quod iuſsit,not.1.ff. de re iud.

E P I T O M E.

1 *De expenſis contumaciæ.*
2 *Recuperari expenſæ contumaciales non poſſunt.*

MILLEL. DCCCCLIII.

1 SI † citatus non comparet, ſiue ſit actor, ſiue reus, ad expenſas condemnandus eſt.l. ſancimus. C. de iud. quia contumax cõtẽnuit iudicem.l.ſiquis ex aliena.ff.de iud.l.vn.ff.ſi quis ius dic.nõ obtẽp. ideo non auditur non refectis expenſis.d.l.ſancimus, & in auth.qui ſemel.C.quõ.&, qñ.iud.ẽt ſi unus numus deficeret, Bal.in.c.cõquerente, de reſti.ſpol. Dec. conſ.34.& pro tenui, in fi.& in auth.qui tem. C.de ſacroſ.eccl. quas ſi ipſe reus nollet recipere, ſufficiet conſignare & deponere, Bar.in
2 l.creditor, per illum tex.C.de pign. Si † tamẽ has expenſas ſoluerit, licet obtineat in principali, eas tamen non recuperabit: quia ob delictum ſuum, ideſt, contumaciam ſolutæ ſunt. Specul.in eod.tit.§.nunc de expenſis, uer.porro,& Bar.per illum tex.in.l. ſi pignore. ff. de pig.act.ac in.l.damni.3.§.cum parietem.ff.de dam.inf.Bal.in.l.non ignorat, in fi.C.de fruc. & lit.exp.Alex.in.l.ſi patroni.§. qui fideicommiſſariam.ff.de Treb.Marſ.in.l.patre.nu. 83. ff.de quæſt.

E P I T O M E.

1 *Procuratoris abſentia etiam in expenſis mulctatur.*

MILLEL. DCCCCLIIII.

1 SI † quis miſerit procuratorem inſtructum, qui non comparuit, adhuc non audietur pars non refectis expenſis.c.auditis, de procur.Bar.& alij in.l.vn.§.ſi procurator.ff.ſiquis ius dic. non obtemp. Quia pars eſt in culpa, eo quòd non miſerit procuratorem diligentem: ideo ſibi imputare debet.§.fi.inſt.de ſocie. Vel ſi procuratorem miſerit cum non ſufficienti mandato, Bar.in.l.1.§.vſus.ff.de procur.l.1.§.quòd ſi nemo. ff. quòd cuiuſque uniu. nom. not. Doct. in. c. Nicolao, de app. Solet tamen hoc caſu dilatio dari habenti mandatum non ſufficiens, ad offerendum mandatum ſufficiens prima die. Tamen ſi procurator in itinere eſſet interfectus, nullæ debentur expẽſæ, per.l.cum à matribus.C.qui pet.tut.quia conſtituens non eſt in culpa: & ſic in pœna eſſe non debet.

E P I T O M E.

1 *Ratio quę habenda ſit in expenſis contumaciæ taxandis.*

MILLEL. DCCCCLV.

1 IN † his expenſis contumaciæ habetur ratio non ſolum ad expenſas in iuditio factas, ſed etiam circa aduocatos, notarios, & ad uiatica, & omnia damna: vtpote ſi artifex non potuit operari, vel circa res damnum aderit, vel in perſonam, vt not. Bar. in leg. 1. ff. de alien. iud. Cald. conſ. 1. de dol. & ad intereſſe habenda eſt etiam ratio. leg. vn. in fi. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & ſic tenetur ad lucrum ceſſans, vel ad damna extrinſeca, vt ſi parte abſente res ab eo ſint furto ſubtractæ, Bar. in l. ſancimus. C. de iud. per. leg. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. abundè per Rebuf. in repet. leg. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod int.

EPITOME.

1 *Sententia poteſt pro parte executioni mandari.*

MILLEL. DCCCCLVI.

1 CVM † tot ſint ſententiæ quot articuli. l. ſcire. ff. de verb. obl. poterit ſententia pro parte executioni mandari: quia non eſt actus, qui vno contextu debeat expediri, ſicut teſtamentum. l. heredes, in fi. ff. de teſta. l. cum antiquitas. C. eo. & electio vno contextu etiã fieri debet. c. quia propter, de elect. cum ſim. imò ſi iudex delegatus mandauerit ſuam ſententiam executioni in parte, non impedietur pars petere executionem eſſe perficiendam in altera parte, tex. not. in c. ueniens. 2. de teſt. ubi Abb. & Fely.

EPITOME.

1 *Sententia non totum definiens negocium an valeat.*

MILLEL. DCCCCLVII.

SED in iure magnum eſt dubium, uide
1 licet † an ſententia lata non in toto ſed pro parte valeat? Et Iuriſconſ. in l. in hoc iuditio. ff. fam. ercif. ſic ait (non poteſt ex vno eodemque iudicio res iudicata in partem ualere, in partem non valere) itaque iſta eſt communis regula, licet inſtrumentum pro parte valere poſſit. c. ſi quid. 38. diſtin. ubi gloſ. & reſcriptum. c. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. Iaſ & alij in l. ſi ex falſis. C. de tranſ. Ratio eſt, quia res iudicata imponere debet finem litibus. l. 1. ff. de re iud. quod non faceret, ſi pro parte uareret: quia opus eſſet ſeparatim pro alia litigare, & lites ex litibus orirentur, contra. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. & quia cauſæ continentia diuidi nõ debet. l. nulli. C. de iud. Nec etiam valebit ſententia certa pro parte, & pro parte incerta. l. pen. C. de ſent. quæ ſin. cer. quan. profer. Etiam ſi illud capitulum petitum eſſet diuiduum. l. etiam. ff. de minor. uide Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cõdit. ind. vnde ſi petam domum, & ius reddens iudicet ſuper parte, non valebit ſententia pro illa parte, teſte Alb. in d. l. in hoc iudicio. vel ſi petam decem, & iudex cõdemnauit in quinque, & de alijs nihil dixit, non ualebit ſententia, in quinque, gloſ. & doct. in l. 1. C. ſi adu. rem iud. limitatur cum pars confiteretur ſe debere quinque, tunc iudex in his quinque tanquam liquidis condemnare poterit, & in alijs quinque abſoluet, vel ad probandum reliqua præſtituet diem parti. l. quidam. ff. ſi cer. peta. Nec etiam valeret ſententia, ſi quodam petente decem, & probante quinque, iudex ad quinque tantum condemnaſſet: quia per hanc ſententiam nec uidetur iudex abſoluere in reliquis quinque, nec condemnare, ideoque nulliter iudicat, niſi abſolutè ius reddat ſuper his quæ ſunt petita: ut Aret. docet in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de uer. obl. l. quid tamen, in prin. ff. de arb. quicquid dicat Bar. in l. ſi plures, in fi. prin. ff. de fideiuſ. etiam ſi iudex diceret, condemno tantum ad quinque, non valeret ſententia: eo quòd ſemper ius dici debet de integro & toto controuerſo: vt etiam ſi quis petat domum, licet reus non poſſideat niſi eius partem, nihilominus tamen debet iudex iudicare in parte, & quò ad reliquam abſoluere, licet Bar. in l. 1. C. ſi adu. rem iud. teneat contra, & Abb. & Fely. in c. cum inter, de re iud. intelligas tamen, niſi de conſenſu partium iudicaretur ſuper parte, Bar. in l. ſi conuenerit, per illum text. ff. de re iud. gloſ. in l. 2. C. com. vtr. iud. leg. 1. §. inde quæritur. ff. de oper. no. nunciation.

EPITOME.

1 *Conſcientiam tuam oneramus, quomodo intelligitur.*

MILLEL. DCCCCLVIII.

1 NOTANDVM eſt † quòd vbi Papa dicit, conſcientiam ſuam oneramus, non appellatur ab eo, quod ſecundum conſcientiã iudicatũ eſt: quia ſuperior conſciẽtiæ eſt, ſolus Deus, glo. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem,

de reſcrip.in.6.l.2.C.de reb.cred.Iaſ.hoc probat in.§.ſed iſte.nu.121.inſt.de act.& in.l.nec quicquā.§. vbi decretum,col.7.ff.de off. proconſ.&.l.de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.no.nunc.in.l.admonendi, nu. 11.ff.de iureiu. & in l.apertiſsimi,in fi.C.de iud.Tamen ille,qui iuxta conſcientiam aliquid facit, iurare tenetur,quòd ita dictat conſcientia ſua:alioqui nō ualebit quod actum fuerit.l.hac edictali.§. his illud.C.de ſecund.nupt.Intellige niſi interueniſſet enormis læſio:quia tunc ad Superiorem quis recurrere poſſet,per tex.iun.glo.in clem. 1.in verb.oneramus, de iurepatr.

EPITOME.

1 *Inhibitio facta iudici à quo excludit eum ab executione ſententiæ.*

MILLEL. DCCCCLIX.

1 IVDEX à quo † poſt inhibitionem ei factam non poteſt ſententiam per eum latā exequi, donec inhibitio ſublata non fuerit, & cauſa ad eum remiſſa.Et ita in praxi ſeruari dicit Boer.in deciſ.344.iudex, col. pen.quia ligatæ ſunt manus iudicis à quo.c.Romana.§. ſi verò, &.c.non ſolum,de appel.in.6.ita docet Affl.in conſt.Regni tit.de appel.not.4.nume.14.Et proceſſus eſt nullus poſt inhibitionem, etiam ſi appellans poſtea appellationi renunciauit.l.quod ab initio.ff. de reg. iur.Et huius ſentētiæ ſunt Domi.de Rot.deciſ.130. ſi poſt inhibitionem, de appel.in no. Et quia in literis inhibitorijs continetur clauſula,decernentes irritum &c.Fely.in.c.perſonas.col. penul.de appel. & doct. in. c. accepta, in fi. eo. titul.

EPITOME.

1 *Proceſſus poſt deſertionem appellationis non valet.*

MILLEL. DCCCCLX.

1 QVANDO † appellatio eſt deſerta,poſtea proceſſus non valet, nec ſentētia: quia iudex eſt incompetens, clem. ſi appellationem, de appel.Alex.conſ.64.viſo proceſſu,& conſ.82.lib.6.Anca.conſ.345.iā deſerta. Vnde ſi de facto ſententia proferatur ſuper negotio principali, confirmando vel infirmando primam ſententiam, hæc ſententia erit nulla tanquàm lata à non ſuo iudice, nec quidem ualebit ad excipiendum. d.clem.ſi appellationem, & docet Bal.in auth.ei qui,in fi. C.de temp.app.& in.§.fi.quo temp. mil.Gui. Pap.conſ.47.circa,in.3.q.& conſ.38.col.2.& conſ. 77.Et hoc caſu iudex poteſt pronunciare appellationem deſertam. Doct. in.c.ex ratione,de appel.quia quòad hoc non deſijt eſſe iudex.clem.1.de reſcrip.Guid.Pap.conſ. 10. in præſenti, in fi.Vbi dicit etiam non poſſe cognoſcere de nullitate poſt deſertionem, de qua debet cognoſci coram ordinario. c. dilecto, de app. Et cum principale ſit extinctum, ergo & nullitas,quæ eſt acceſſoria.l.cum principalis. ff.de reg.iu.Ideo hic iudex appellationis poteſt deſertam appellationem pronunciare, & nullitatem ad ordinarium remittere ſecundum eum,Anca.d.conſ.345. nec poterit pronunciare bene vel malè iudicatum,Bal. cōſ.20.lib.1.Nec ſuper attentatis: quia ſi ſuper principali non poteſt, nec ſuper acceſſorio:& quia poſt deſertionem habetur, ac ſi nō eſſet appellatum.c.licet,de ſent.excom.in.6. Doct.in.l.fi.§.illud. C.de temp.appel.Dom. de Rot. deciſ.1.de appel.in no. ubi plenius uide,& Card.in clem.ſi appellationē, de appel.

EPITOME.

1 *Deſiſtens ab appellatione an in expenſis condemnetur.*

MILLEL. DCCCCLXI.

1 ADDENDVM hoc notabile verbum † quòd ſi condemnatus appellat, & poſtea videns cauſam iniuſtam deſiſtit,cauſamq; appellationis non proſequitur,debet excuſari ab expenſis,allegatur tex.in.l.qui cū natu maior.§.accuſaſſe. ff. de bon.lib.Cy.& alij in.l. alia. C.de his quib.ut indig.glo.in.l.1.ff. de act.emp.Hoc extollit Io. Igneus in rep.l. cōtractus,col.55.ff.de reg.iu.

EPITOME.

1 *Sententia ſuper deſertione an ſit diffinitiua vel interlocutoria.*

MILLEL. DCCCCLXII.

1 SENTENTIA † ſuper pronunciatione deſertionis eſt diffinitiua,ſi ſuper appellatione à diffinitiua pronuncietur:tum quia totum definit negocium, & nihil aliud ſupereſt, vt docet Bar.conſ.220.appellatum, & Bal.in.c. ex parte.2.de reſcrip.Dom. de Rot. deciſ. 85. incip.not.quòd ſi appellatio.& deciſ.87.not. quòd ſententia lata,de app.in antiq.Gui.Pap. q.11.vtrum,Aufr.ī add.ad.q.Toloſ.deciſ.36. & 48. Sed ſi ſuper deſertione ab interlocutoria ſit pronunciatum, ſententia erit quoque in-

interlocutoria, habens tamē vim diffinitiuæ, glo.& doct.in clem.ult.de appel.Bal.in.l.2.q. 14. C.de epiſ. aud.

EPITOME.

1 *Probari deſertio quomodo poſſit.*

2 *Cautela vt poſt deſertionem pronuntietur appellatio non deſerta.*

3 *Sententia ſi non fuerit producta: appellatus de ea interogabitur.*

MILLEL. DCCCCLXIII.

1 QVOMODO † deſertio appellationis probetur? Reſpō. ex inſpectione actorum,& ex illorum collatione, Bal.in. l.ſi contra,verſ.ſed qualiter probetur. C.de appel.arg.l.fi.ff.de iur.& fac.igno. Sic probatur appellatio non deſerta quando probatur diligētia appellantis,etiam per iuramentum procuratoris iunctis debitis coniecturis: ut docēt Domi. de Rot.decis.33.in antiq. refert Fely.
2 in.c.ex parte.2.col.7. de reſcrip.Imò † plus dicit Fely.ibidem,quòd ſi partes velint proſequi appellationem, & nolunt eam deſertam probare, poterit iudex pronunciare eam non deſertam: & eſt optima cautela, vt partes poſtea cauſam proſequantur,& vt valeat proceſ-
3 ſus poſtea factus à iudice ad quem. Non † tamen dicitur deſerta appellatio, ſi appellās nō produxerit ſententiam,uel grauamen illatum, vt docet Ang.conſ.194.viſis proceſsibus,col. ult.in 3.dub. Quia tunc iudex poteſt interogare appellatum, an ſit lata ſententia pro eo à tali iudice,qui ſi confiteatur,ſufficit,teſte Card. in clem.conſtitutionē.§.inſuper.q.7.de elect. Bal.in.l.2.col.2.C.vt lit.pend.Si verò appellatus neget aliquam ſententiam pro eo latam, tunc iudex poterit perpetuum ille imponere ſilentium ſuper ea,ac ſi lata non eſſet, & quòd ea iuuari non poſsit, vt docet Inno. & alij in. c.G. perpetuus, de fid. inſtr. vt in ſimili dicit Bar.de editione in.l.2.col.2.C. de eden.Niſi appellatus iuraret, ſe non recordari de tenore ſententiæ: quia plura continebat capita, Bal. in.l.ei qui,col.3.verſ.quærit Inno.C. eo. arg. tex.in.l.fi.C.de fid.inſtr.

EPITOME.

1 *Excommunicatus poſt deſertionem appellationis quæri poteſt.*

2 *Idem in cauſa beneficiali.*

MILLEL. DCCCCLXIIII.

1 POST † deſertionem poteſt de excommunicato quæri, cum de animæ ſalute agatur.c.licet,de ſent.excom.in 6.Peruſ.in.c.qua
2 fronte,not.8.de appel.Idem † in cauſa beneficiali,not.idem Peruſ.in.c.conſtitutus, eo.tit. quia publicè intereſt,& ſic ex officio, Card.in clem.conſtitutionem.§.inſuper,de elect. Dō. de Rot.deciſ.17.de appel. incip. maior pars, in no.Ant.de Petruc in tract.de virib.iur.in 2.remed. finem litium, in fi. Quod eſt verum ſuper petitorio,vt per glo.& doct.in.c. 1. de conceſ.præb.Secus ſi ſuper poſſeſſorio appellatio fuerit deſerta: quia amplius non agetur poſſeſſorio,ac ſi ſententia dicta eſſet.

EPITOME.

1 *Iudex à quo non exequitur ſententiam pendentibus fatalibus appellationis.*

MILLEL. DCCCCLXV.

1 ANTE † tempus lapſum fatalium iudex non poterit exequi ſententiam, etiam ſi conſtaret quòd appellans non poſſet releuare,per.c.commiſſa,de elect.in. 6. Mathes. in tract.de ſucc.ab inteſta.fol.41.col.2.& ſequi. Vide Guid.Pap.q.185.& ſing.182. ſi ab interlocutoria, & ſing.614.Abb.conſ.55.lib.1.

EPITOME.

1 *Deſertio appellationis plus nocet quàm ſententia.*

2 *Confirmatio appellationis expreſſa & tacita differunt.*

3 *Tempus iudicatis poſt deſertionem an detur.*

MILLEL. DCCCCLXVI.

1 NOTA † quòd magis nocet appellatio deſerta quàm ſi pronuncietur malè appellatum:quia appellatio fingit retro,non autem ſententia.l.furti.§.1.ff.de his qui not. infa.& ibi Bal.col.2.& in.§.iudicis, in fi.de pac.
2 iur. firm. Fortior † eſt tamen confirmatio expreſſa quàm tacita:quia expreſſa mādatur executioni per iudicem ad quem, tacita per iudicem à quo. Expreſſa valet per ſe,ſed tacita nō valet, ſi ſententia fuerit ipſo iure nulla, arg.l. 3. C. ſi pend.app.mors interu. Item quando expreſsè confirmatur, condemnatur aduerſarius in expenſis, lex autem in expenſis neminem condemnat, niſi iudex condemnet, ſunt verba Bal.in.c.ex ratione,col.2.de appel. Nā
3 † poſt appellationem deſertam appellans non habebit tempus,quod datur iudicatis, ſed ſtatim poteſt cogi ad ſoluendum:quia longo tēpore litigauit,tex.in.l.quoniam,in verb.mox, C.de app. gloſ.in.l.2.in verb.executioni, de temp.

temp.appel. Alex.conſ.61.& ſi puto,li.3. Vincent. Hercul.in.l.4.§.ſiquis condemnatus, & Iaſ.in.l.debitoribus,col.2.in.4.limit. ff. de re iud.Intelligit Perus.in. c. ex ratione, de app. col. 20. q.3.quando appellatio eſt deſerta per negligentiam appellantis.

E P I T O M E.

1 *Tria petit actor in deſertione appellationis.*
2 *Reus in deſertione quid petere ſoleat.*

MILLEL. DCCCCLXVII.

1 IN† hac materia deſertionis tria petit actor. Primò, declarari appellationem deſertam, eo quòd reus non releuauit illam intra tẽpus præſtitutum, uel non eſt eam proſecutus. Bar. in.l.eos. C.de appel. Secundò, quòd decreta à iudice & ſtatuta ſuum ſortiantur plenum effectum.c.cum appellationibus,de appel. in. 6. Tertiò, quòd reus appellans condemnetur in expenſis inſtantiæ deſertionis. c. ex parte. ſecundo. de reſcrip. d. c. cum appellationibus. Quia impediuit iudicis officium.l.litigator.C.de fru.& lit.exp.vbi Cy.& alij,Fed. conſ.133.caſus talis,Guid.Pap.conſ.138. ne
2 dum,colum.2. Reus † etiam citatus ad deſertionem tria petere ſolet. Primò, vt abſoluatur à petitione deſertionis. Secundò, vt recipiatur ad proponendum cauſas appellationis, nõ obſtante deſertione allegata per appellatum: & ſic probare debet ſe proſecutum fuiſſe appellationem.l.ſi contra, vbi Bar. C. de appel. Domi.de Rot.deciſ.2.de app.incip.not.quòd vbi,in antiq. Tertiò,quòd actor petens deſertionem condemnetur in expenſis deſertionis.

E P I T O M E.

1 *Contumax non auditur appellãs.*

MILLEL. DCCCCLXVIII.

1 CONTVMAX † non auditur appellans. c.fi.§.ſunt etiam quorum.2.q.6.l.ex cõ ſenſu, in fi.ff.de appel. Intellige verum contumacem non poſſe appellare, ſecus in ficto. Et verum contumacem dicunt inuentum, & quẽ citationes compræhendunt:& qui ex contemptu, uel inobedientia uocatus non venit, uel non paruit. Fictus uerò, quẽ citatio non apprę hendit: quia citatio domi in perſona domeſticorum facta fuit, glo. & doct. in clem. vn. de dol. Si tamen procurator fuerit contumax, nõ prohibetur regulariter dominus appellare, vt docet Bar.& alij per illum tex. in. l. 1. §. ſi pro curator.ff.quod quiſq; iur.Guid.Pap.in ſtat.ſi quis,in verb.appellatione,Perus.in. c. Nicolao,col.pen.de appel.

E P I T O M E.

1 *Expenſas debet temerè appellans.*

MILLEL. DCCCCLXIX.

1 CONDEMNARI † debet temerè appellans in expenſis,probatur in .l. eos. §. cautione, ubi Bal. C. eo. c.ex parte.2.de reſcrip.c.omnimodo.2.q.6.c. ſignificauerunt, de teſtib. Vt talem hoc timore perterritus in grauamen alterius non facile quis appellet. c.repræhenſibilis.c.ſępe,&.c.vt debitus,de appel. Et tam appellans quàm appellatus ſi ſucũbat,& dicatur bene appellatum:quia contra iuſtitiam defendit malè iudicatum,ideo in expẽ ſis condemnari debet:quia temerarius eſt litigator,glo.& doct. in.c.finem, de dol.& contu.Feder.conſ.133.caſus talis.2.col. Mathes. not.82.noto regulam.

E P I T O M E.

2 *Victus in cauſa appellationis in expenſis condemnatur.*

MILLEL. DCCCCLXX.

1 INDISTINTE † victus in cauſa appellationis condemnatur in expenſis, licet in cauſa principali error & cauſa probabilis excuſent,glo.not.in.c. iuris ignorantia, de reg. iu.in.6. Nã in prima inſtantia eſt error facti: quia in ea ex probationibus,quæ in facto conſiſtunt, proceditur. Sed in appellationis cauſa proceditur ex prioribus actis cauſę, vbi error iuris, qui non excuſat ab expenſarum cõdemnatione: vt docet Bal.conſ.217.verba libelli, in fi.lib.2. in cauſa appellationis mala præſumitur fides,cum præſumatur pro ſententia. l. ſi non bonam.C.de adm.tut.ubi gl. Gui. Pap. q.137.ſed quid.

E P I T O M E.

1 *Appellare licet ab omiſſione condemnationis expenſarum.*
2 *In expenſis cauſæ principalis, an iudex appellationis condemnare poſſit.*

MILLEL. DCCCCLXXI.

1 NISI † iudex appellationis in expenſis non condemnet, poterit ab eo appellari.c.ſignificauerunt,de except.glo.in verb. cõ demnetur,

dēnetur, rub. de friuol.appel. in Pragmat. In no.in.c.ſępe. de appel. Bar.in.l.ab executione.ff.de appel.Quicquid dicat Bal.in.l. fi. C. quand. prouo. non eſt neceſ.
2 Imò iudex † appellationis condemnare debet, non ſolum ad expenſas cauſæ appellationis, ſed etiam ad expenſas cauſæ principalis.Fely.in.d.c.ſignificauerunt,col.7.num.7.de except. Et ſi condemnauerit ſimpliciter iudex aliquem in expenſis, intelligetur ēt de cauſa principali, & tam de factis ante ſententiam quàm poſt.l. fi. C. quan.prouo.non eſt neceſ.Dec.in.c. repræhēſibilis,col.2.de appel. Etiam ſi iudex appellationis ſimpliciter abſoluat,intelligitur abſoluere ab expenſis cauſæ principalis, vt conſuluit Fulg.cōſ.158.domina.Grauolina,& Dec. ī.c.ſępe,col.vlt.refert. Intellige ſi iudex à quo ad expenſas condemnauerat:alioqui iudex appellationis non poſſet ſuper expenſas cauſæ primæ iudicare,ſuper quibus non fuiſſet iudicatum,nec appellatum, & ſic ipſe ad hoc non eſſet iudex,Dec.in.d.c.repræhenſibilis,col.3.

EPITOME.

1 *Nouæ probationes excuſant ab expenſis.*
2 *Expenſæ non debentur,ſi non petantur.*

MILLEL. DCCCCLXXII.

1 QVANDO † in cauſa nouæ probationes inductæ fuerint, ex quibus appellans obtinuit, ab expenſis excuſatur appellatus: quia iuſtam videtur habuiſſe cauſam litigandi, & quilibet cenſetur eſſe victor & victus,& ſic confunduntur expenſæ: Bal.in l.eos.§.cautione,C.de appel.glo.& doct.in.c. finē,de dol.Bar.& alij in.l.fi.ff.de re iud. Alc. conſ.41.viſis, col.1.lib.4.Domi.de Rot.deciſ.10, de dol. & contum. licet ſententia, in
2 no.Et † ſi expenſæ non ſint petitæ, iudex appellationis non condemnabit:vt pulcrè docēt Abb.& Fely.in.c.ſignificauerunt, de except. glo.& doct.in.c.fi.de reſcrip.glo.vlt.in.§.fi.de friuol.app.in Pragm.

EPITOME.

1 *Expenſarum condemnatio à quo fieri debeat.*

MILLEL. DCCCCLXXIII.

1 EXPENSARVM † condemnatio à quo fieri poſſit? Breuiter à iudice ad quem facienda docet tex. in. c.repræhenſibilis, &. c.vt debitus,de appel. Feder.conſ.133. caſus talis,colum.2.glo.in.§.quodq;.in verb.iudicē, de friuol.appel.in Prag.Bonif.in clem. ſi appellationem,col.pen. de appel. Quod eſt uerum, ſi cauſa fuerit introducta coram iudice ad quem,alioqui non,gloſ.in verb.condemnādus,in.c.1.de app.lib.6. Doct.in. c.repræhenſibilis,eo.tit.Peruſin.ī.c.ſępe,col.12.q.2.eo. tit.Ant. de Petruc.in tract.de uirib.iuram.iu. 2.remed.lit. finien.

EPITOME.

1 *Reſcriptum poſt peremptionem inſtantiæ an valeat.*

MILLEL. DCCCCLXXIIII.

1 DE † iure ciuili cauſa debet terminari intra triennium, aliàs perimitur inſtantia.l.properandum.C.de iud.& ab hac peremptione inſtantiæ reſtituitur minor.§.fi.ibidē. Quid in maiore? Tex. in.l.& ſi fine,in fi.ff.de minor. ſic ait. Conſtat autem omnis ætatis hominibus reſtitutionem heremodicij præſtari debere, ſi docant ſe ex iuſta cauſa abfuiſſe. Et quotidie reſcripta impetrantur:vt non obſtante peremptione inſtātiæ licet cauſam proſequi,& hoc fit per reſtitutionē,vt docet Alex. conſ.42.lib.1.Soc.conſ.299.in.2.dub.lib.2. & conſ.121.lib.3.Roma.in.l.2.ff.de re iud. Georg.Natta in rep.clem.ſępe,col.40.& ſeq. de verb. ſig.

EPITOME.

1 *Renunciari appellationi per pactum an poſſit.*
2 *Tacitè quando quis dicatur renunciare appellationi.*

MILLEL. DCCCCLXXV.

1 CERTVM eſt enim † quòd per pactum de conſenſu ambarum partium renunciari poteſt appellationi interponendæ.l.vlt. §.fi. C.de temp.appel.ſecus per renunciationem:vt docent Domi.de Rot.deciſ.2.de renunc. incip. licet appellationi, in no. glo. & doct.in.l.1.C.de pact.
2 Tacitè † verò renunciare appellationi cęnſetur,quando poſt appellationem ab interlocutoria appellans adit iudicem à quo, vt iuſtitiam in illa cauſa recipiat. c.ſi à iudice,de appel.in.6.c.gratum,de off.de leg.c.ſolicitudinem, in fi.eo.tit.niſi proteſtaretur,Alex.conſ.130.in cauſa,lib.4.Gui.Pap. q.364.ſi quis,Aufr.in add.ad. q. Toloſa. deciſ.193.

EPI-

EPITOME.

1 *Non petens apoſtolos an appellationi renunciare præſumatur.*

2 *Non ſe præſentans in termino fingitur renunciare appellationi.*

MILLEL. DCCCCLXXVI.

1 SI † non petantur apoſtoli intra 30. dies, appellationi renunciatum cenſetur. c. ab eo. de app. li. 6. l. 1. ff. de lit. dimiſ. vbi Bar. Gui. Pap. in ſtat. ſiquis, in verb. appellatione, col. 9. Aufr. i add. ad. q. Toloſ. dec. 44. Domi. de Rot. deciſ. 57. de appel. incip. ſi auditor, in no. Multis tamen in locis non petuntur apoſtoli vigore ſtatuti vel alterius ordinationis. Et qui permittit labi tempora, videtur acquieſcere ſententiæ, Bal. in auth. Item. C. de temp. appel. refert Alex. in add. ad Bar. in l. ſiqui ſeparatim, in fi.
2 C. de appel. Idem † ſi appellans non ſe præſentet in termino præſtituto ad ſe præſentandum coram iudice ad quem. c. perſonas, de appel. Bal. in. l. præſes. C. eo. & Doct. in. c. ſepe, eo. tit. Et ideo inualuit conſuetudo in Curijs eccleſiaſticis, vt iudices aſsignent appellanti terminum ad faciendum fidem de proſecutione appellationis, vt impunè poſsint ſuas ſententias exequi, ſi non conſtiterit eis de proſecutione, teſte Feder. conſ. 28. punctus quæſtionis, & Roma. ſing. 162. hoc neſciunt legiſtæ. Dicens tamen quòd licet appellans non oſtendat proſecutionem, eo ſolo non erit appellatio deſerta, ſequitur Fely. in. d. c. perſonas.

EPITOME.

1 *Cedens liti iudici notificare debet.*

MILLEL. DCCCCLXXVII.

1 CEDENS † liti notificare debet iudici, Bal. in. c. dudum. 2. col. 4. de elect. & in c. gratum, de off. deleg. Fely. in. c. quod ad conſultationem, nu. 5. de re iud. Guid. Pap. ſing. 27. Bal. in. c. 1. col. vlt. de off. deleg. Peruſ. in. c. fi. de dol. libr. 6. Soc. conſil. 45. viſa, libr. 1. Fely. in. c. cum Ioannes, nume. 19. de fid. inſtr. Curt. Iuni. in. l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiu.

EPITOME.

1 *Procurator non poteſt renunciare appellationi, ſed dominus.*

MILLEL. DCCCCLXXVIII.

1 ITEM † dominus debet renunciare appellationi non procurator, vt docet Bal. in. l. fi. in fi. C. de temp. appel. Alex. conſ. 115. attentis, in fi. lib. 5. Peruſ. in. c. Nicolao, col. 3. q. 6. de app. Quià eſt quædam ſpecies donationis, quæ non poteſt fieri, niſi per dominum, Bal. in d. l. fi. Io. Sanx. in ordin. Turonens. arti. 4. Iaſ. in. l. cum procurator. ff. de oper. no. nunc. Niſi poteſtatem appellandi habuerit: quia tunc etiam renunciandi poteſtatem cenſetur habuiſſe.

EPITOME.

1 *Innouari quid non debet appellatione pendente.*

2 *Attentata poſt appellationem ab interlocutoria.*

MILLEL. DCCCCLXXIX.

1 NON † debet quis poſt appellationem aliquid innouare, vt patet in titul. ff. nil noua. appel. pen. alioqui illa retractanda ſunt. c. non ſolum, de appel. lib. 6. vbi non ſolum innouata poſt appellationem à diffinitiua retractantur, ſed etiã ea omnia, q̃ medio tẽpore inter ſententiã & appellationẽ (quæ poſtmodum intra decendium interponitur) innouata ſunt. Alex. conſ. 99. viſis, lib. 5. Dec. conſ. 200. in
2 in caſu. Attẽtata † verò poſt appellationem ab interlocutoria non reuocantur, niſi ea quæ facta ſunt poſt inhibitionem. d. c. non ſolum, in fi. Nam ante inhibitionem iudicis non prohibetur quis innouare, Bal. in. l. 2. col. 3. verſ. ſed incidenter quæro. C. de epiſ. aud. Quod eſt verum quando grauamen poterat reparari per appellationem à diffinitiua, alioqui contra: ut ſi appelletur à tortura. c. fi. de appel. in. 6. Bal. in. l. generaliter. §. ſed iuramẽto, verſ. ſed quid ſi eſt talis. C. de reb. cred. Vel niſi iudex appellationi detulerit, tunc. n. ſibijpſi ſatis uidetur inhibere deferendo appellationi, Bar. in. l. eius qui, col. 2. uerſ. ſecundò quæro. ff. de appi recip. & in. l. intra vtile, col. 5. ff. de minor. Ratio huius reuocationis eſt: quia attentans aliquid poſt appellationem uidetur iniuriam inferre iudici ad quem, & illud facere in eius cõtemptum, ideo æquum eſt vt illud reſtituatur, Gemi. in. d. c. non ſolum. Et hæc reuocatio attentatorũ poteſt peti vſq; ad concluſionem in cauſa, Domi. de Rot. deciſ. 4. incip. attentata lite pendente, vt lit. pend. in no.

EPITOME.

1 *Suſpendit ſententiam appellatio.*

MIL-

MILLEL. DCCCCLXXX.

1 APPELLATIO † ſuſpendit ſentẽtiam, & iuriſdictionem iudicis à quo. c. ſuper eo. 1. & c. ſępe, in fi. de appell. c. venientes, de iureiu. Et iudicialis appellatio etiam in vno articulo ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in totum, & quoad totam cauſam. c. ſi à iudice, de app. in. 6. Secus in appellatione extraiudiciali, niſi articuli ſint ſeparati, tunc ſententia executioni mandari poterit in illis, uidelicet, articulis, in quibus non eſt appellatum. Doct. in l. ſi qui ſeparatim. ff. de apppel. & in. c. vna ſententia, extra eod. l. ampliorem, vbi doct. C. eo. tit. Boer. deciſ. 72. ſępe dubitatum. Quod eſt verum inſpecto futuro euentu. l. ſi cauſa cognita. C. de trãſ. ſed quoad præſentem ſtatum ſententia extingui videtur: quia non poteſt mitti executioni, ac ſi nulla fuiſſet. l. 1. in fi. ad Turpil. Bal. in rub. C. de appel. Et condemnatus nõ dicitur, qui prouocauit. l. 2. in fi. ff. de pęn. nec eſt infamis pendente appellatione. l. furti in prin. ff. de his qui not. infa. Imò eo tempore poterit teſtamentum condere. l. ſiquis filio. §. hi autem. ff. de iniu. teſta. l. qui à latronibus, in fi. ff. de teſta. l. fi. C. ſi reus uel accuſ. mor. fuer. Limitatur in ſententijs cenſurę, quę ſtatim ligant. c. quęrenti, de uerb. ſig. c. paſtoralis. §. 1. de appel.

EPITOME.

1 *Iudices non debent capere munera.*
2 *Annotatio ad. l. ſolent. ff. de off. proconſ.*

MILLEL. DCCCCLXXXI.

1 POSTQVAM † dona excęcant oculos iudicum. Eccleſ. 20. ideo ipſi conſtanter ea recuſare debent: imò ſtatuit Vlp. in. l. ſolent, in fi. ff. de off. proc. & lega. ne donum vel munus ipſe Proconſul, uel qui in aliquo officio erit. accipiat quid, niſi uictus quotidiani cauſa: quæ ad xemia non pertinent, ſed ad ea, quæ ad edulium accedunt vſum, nec xenia producenda ſunt ad munerum qualitatem. Et † quam-
2 uis in quibuſdam libris legatur (excedunt) ego tamen putarem legendum (accedunt) vt nõ liceat iudici donum vel munus accipere, niſi accedat ad vſum edulium, vel eſculentum & poculentum: quia non licet recipere ea, quæ excedunt vſum edulium: vt quæ forte paucis diebus non poſſent cõſumi, ueluti vinum, aut frumentum. Scitè Papa ſcribit in. c. ſtatutum. §. in ſuper, de reſcrip. in. 6. vt gratis & cum omni puritate iudicium procedat, nullus iudex munus, uel quicquid aliud à partibus recipere præſumat, niſi forſan eſculentum & poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis diebus conſumi poſsit.

EPITOME.

1 *Iudicantis officium emi non debet.*
2 *Iudici non licet capere pecunias.*
3 *Iudici quando liceat capere pecunias.*

MILLEL. DCCCCLXXXII.

1 OFFICIVM † iuſtitiæ emi non debet, & emens ſymoniacus eſt. c. accepimus, in fi. de purg. Cano. in auth. vt iud. ſine quoq; ſuffr. glo. in. l. 2. C. de murileg. lib. 11. Guil. Bened. in rep. c. Raynutius, in uerb. duas habens
2 filias, de teſta. Non † licet iudici dare pecuniã, etiam in cauſa iuſta, vt ipſe in mei fauorem ſuam proferat ſententiam: ſic. n. iudex corumpi uidetur. l. 2. in fi. ff. de cond. ob turp. cau. Quia non licet iudici iuſtum vendere iudiciũ, quamuis liceat aduocato iuſtum vendere patrocinium, & Iureconſulto conſilium. c. non licet. 11. q. 3. & c. ſi. 13. q. 5. & tot. tit. C. de
3 pœn. iud. qui mal. iud. Iuſta † tamen aliunde non habente ſtipenda accipere licet aliquid pro labore; tam ad laboris compenſationem, quàm vt honeſtè pro ſua dignitate uiuat. c. cũ ab omni, de ui. & hon. cler. d. §. inſuper.

EPITOME.

1 *Adiungere ſe poteſt tertius liti iam motę tripliciter.*
2 *Tertius in eodem ſtatu recipitur, in quo inuenitur proceſſus.*
3 *Ineptus proceſſus non adiuuatur tertij adiunctione.*
4 *Competens fit iudex, qui aliàs erat incompetens quoad tertium opponentem.*

MILLEL. DCCCCLXXXIII.

1 SI † tertius veniat, vt aſsiſtat, admittitur, qđ tribus modis fieri poteſt, vel vt aſsiſtat, ne fiat colluſio. l. ſi ſuſpecta. ff. de inof. teſta. Secũdò, vt cauſam adiuuet ad victoriam, tunc is poterit aſsiſtere & alia facere, quæ poſſet pars principalis. l. ſi parentes, & l. ſſeq. C. de euict. clem. conſtitutionem, vbi doct. de elect. Vnde intra dilationem teſtes producere poterit, quos pars non produxit glo. in. d. l. ſi ſuſpecta, in prin. l. principaliter, vbi Bal. C. de lib. cauſ. & in auth. nunc ſi hæres. C. de litig. ideo ſi præcluſa ſit uia probandi principali, ita & tertio. c. cum ſuper, vbi Doct. de re iud. Tertiò poterit aſsiſtere quis, aſſumendo in ſe litem, cum

ad cum

ad eũ ſpectet principaliter.l. ſępe.ff.de re iud. &.l.2.C.vbi in rem act.Butr.& alij in.d.c. cũ ſuper, facit.l. ſi actor.ff. de procur. Quia non debet alterius colluſione aut inertia alterius ius corumpi.l.ſi pariter.C.de lib. cauſ. Itaque
2 † hic tertius debet in eo ſtatu ſine retardatione proceſſus recipi, in quo lis eſt, nec debet renouari proceſſus, Bal.in.d.auth.nunc ſi hęres., in fi.Alex.in conſ.82.in cauſa,in fi.lib.1.poſt
3 Bar.& Imo.in.l.a ſententia.ff.de appel.Si † tamen proceſſus ſit ineptus, tertius non poterit illum ad aptitudinem reducere, nec eum proſequi,utor uerbis Bal.in.d.auth.nunc ſi hęres, colum.fi.per clem.conſtitutionem, de elect.
4 Et † quamuis iudex non fuiſſet competẽs quò ad tertium, tamen ratione oppoſitionis incidentis erit competens. c. ſuper eo. de off.deleg.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper. ff.de re iud. Anca. conſ.183.pro c[h]ariori,colum.1.facit.l.quoties.C.de iud.

EPITOME.

1 *Inauditus opponit & ante & poſt ſententiam.*

2 *Acta nocent tertio, qui præſciuerat cauſam agi.*

MILLEL. DCCCCLXXXIIII.

1 POTERIT † quis opponere non ſolum ante ſententiam latam, ſi probet ſua intereſſe, ſed etiam poſt latam, quando non fuit auditus.l.1.C.de iu.& fac.igno.l.ſi rem.§. quolibet.ff.de euict. Quia vbi lex non præſtituit tẽpus, ſufficit quolibet tempore.l.qui fundum. ff.de contrah.emp.l.ſi in venditione.§.de tempore.ff.de bon.auct.iud.poſſ.Bar.in.l.1.per illum tex.ff.de al.luſ.& alea. Rom. conſ. 340. circa fi.col.1.Iaſ.in.l.Gallus.§. uidendum, in
2 prin.ff.de lib.& poſth.Siquis † tamen ſciat ſuã agi cauſam, vel intereſſe, debet ſe opponere ante ſententiam, alioqui poſtea non audietur. l.ſi parentes.C.de euict.Bar.in l.ſi proluſorio. §.1.ff.de appel. Anca.in clem.conſtitutionẽ, de elect.Fely.in.c.cum ſuper, de re iud. Vide Affl.deciſ.235.an tertius.

EPITOME.

1 *Exceptiones quæ poſſunt opponi contra ſententiam in executione.*

MILLEL. DCCCCLXXXV.

1 SED † quæ ſunt illa, quæ poſſunt opponi in executione? Reſpon. exceptiones ortæ poſt ſententiam opponi poterunt. Illę uerò quæ competebant ante ſententiam minimè, nam exceptiones peremptoriæ ante ſẽtẽtiã oppoui debent.l.peremptorias.C. ſent. reſc. non poſſ.c.exceptionem,de except. Quod limitatur in quibuſdam caſibus ibidem deſcriptis,& in.l.1.C.de iu. & fact. igno. quos amplè tractat Rebuf.in arb. except. inſerta ĩ cor. iu. Et ſi pars uellet ſtare iuramento victoris non tenetur iurare, per.l.in contractibus.§.illo,& glo.in.l.generaliter.C.de non num. pecu. Quia poſt probationem non tenetur quis ſubire iuramentum, quod in locum probationis ſuccedit, nec valeret in hoc conſuetudo.c. 2.de prob.

EPITOME.

1 *Opponens reiectus an repetere poſſit, ſuam exceptionem.*

MILLEL. DCCCCLXXXVI.

1 AN † audiri poſsit opponens, ſi denuo agere velit, poſtquàm fuerit eiectus à ſua oppoſitione? Reſpon. non, ſi plene eſt de oppoſitione cognitum, ſecus ſi ſummariè, & per modum prouiſionis aliquid fuerit pronunciatum.l.ſi autem,in fi.ff.de neg.geſt.l.quod in diem,in fi.ff.de compenſ.Vel poterit opponens repulſus à iudice inferiore appellare.l.à ſententia.ff.de appel.Prat.Papiens.in for.execu.ſent.diffini.verſ.ſed pone quòd apparente contradictore.

EPITOME.

1 *Hæres an poſſit opponere contra ſententiam latam in defunctum.*

MILLEL. DCCCCLXXXVII.

1 QVAERO † an hæres opponere poſsit contra ſententiam latam in defunctũ? Reſpond.nõ videtur: quia eadem perſona cum defuncto cenſetur, tex.in auth.de iureiu.à mor.præſt.colla.5.l.hęredem.ff.de reg. iu.glo.in.l.& an eandem. ff.de excep. rei iud. Et hoc eſt verum in ſucceſſore vniuerſali. l.miles,in fi.ff.de re iud.In ſucceſſore verò ſingulari, vide tex.in.l.ex contractu.ff.de re iud.in. l.ſi mater,in fi.&.l.exceptio. ff. de excep. rei iud.Bar.in.l.creditores.C.de pign.Dec.conſ. 445.in caſu,col.6.nu.29.& ſeq.

EPITOME.

1 *Tertius ſua intereſſe probare debet, & quomodo.*

2 Inte-

1 *Intereſſe poteſt alicuius tripliciter.*

MILLEL. DCCCCXVIII.

1 TERTIVS † impedit executionem non ſolum in petitorio ſed etiam in poſſeſſorio. l. à diuo Pio. §. ſuper. ff. de re iud. Domi. de Rot. deciſ. uigeſima de reſtitutio. ſpoliat. incipien. fuit dubitatum, per. capit. primũ in fi. de reſtitutio. ſpoliat. in ſexto. Dummodo probauerit ſua intereſſe, & in hoc caſu initio probari debet, antequàm audiatur, Do. de Rot. deciſ. 4. incip. not. quòd ubi dicit ſe aliquis, de reſti. ſpol. in antiquior. Et in hoc ſummaria probatio ſufficit, nec requiritur plena. d. §. ſuper. Imò per iuramentum, ubi nullum eſt, vel modicum præiudicium poterit probari, arg. l. theſaurus. ff. ad exhib. Bar. & alij in d. §. ſuper. Et † tripliciter poteſt alicuius intereſ-
2 ſe. Primò quò ad plenum præiudicium. l. peni. ff. de re iud. ut de emptore & venditore. Secundò poteſt intereſſe etiam in poſſeſsione, quam poſſeſſor perdit, & tunc opponere poterit. d. §. ſuper, & l. ob maritorum. C. ne vx. pro mar. Tertiò poteſt intereſſe quò ad quale præiudicium, ut in. l. ſi duo. ff. de iureiu. l. à ſententia. ff. de appel. & tunc ſufficit ſummariè probare intereſſe. Sed opponens poſtea tenetur probare plenè rem ſuam eſſe, ſi non ſit poſſeſſor: quia hoc dicit, ergo probet. l. ei qui. ff. de prob. Ioan. Fab. in l. prima. C. de priuil. fiſc. Caſſan. in conſuetud. Burgun. in titu. des rentes. §. fin. in glo. ultima. ſed poſſeſſor. non. l. fi. C. de rei uindica.

EPITOME.

1 *Reſcriptum impediens ſententiæ executionem non ualet.*

MILLEL. DCCCC[redacted]

1 DE iure † non valet reſcriptum impediẽs executionem ſententiæ ſuppremi Magiſtratus. l. reſcripta, & auth. quæ ſupplicatio. C. de præc. Imp. offer. & l. probatorias. C. de diuerſ. off. lib. 12. in auth. vt diui. iuſſ. c. fi. colla. 8. Et eſt iniuſtum reſcriptum & inciuile, ideo non valet, tolleretur enim ſic ius partis per reſcripta. Et quod Princeps non poteſt directò facere, per indirectum, ideſt, per iſta reſcripta faceret. Et poſſet dici quòd Cancellarius qui iſta cõcederet, eſſet vnum pecus Melibei, & iniuriam faceret ſuo Principi, quia illũ ad tyrannidem induceret, Gui. Pap. conſ. 429. in hac curia.

EPITOME.

1 *Ambiguitas in quo conſiſtit.*

MILLEL. DCCCCXC[redacted]

1 POTEST † eſſe ambiguitas in facto, uel in perſona, vel iure, glo. & doct. in. c. fi. 33. diſtin. ideo debent iudices antequàm proferant ſententiam, illud dubium liquidare. l. 1. & per tot. C. de ſent. quæ ſin. cer. quant. profer. §. curare, inſt. de act. Poteſt etiam eſſe ambiguitas ſuper uerbis, quæ multipliciter accipiuntur, ideo obſcura. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Vel quia generalia ſunt, & generalitas obſcuritatem parit. l. ita fidei. ff. de iur. fiſ. Et ad tollendum iſtas obſcuritates debent iudices aduertere, ne generalibus uerbis concipiant ſuas ſententias, ſed apponant ſpecialia, & alia verba rei maximè conuenientia: & in hoc pẽdet laus & utilitas iudiciorum, & quandoq; in in cauda iacet uenenum, vt dicit Io. Fab. in rub. inſt. de publ. iud. Adeo ut plus difficultatis ſit in executione quàm in ſententiæ prolatione, quod non eſſet, ſi iure, ac planè, & ſimpliciter conciperentur ſententiæ.

EPITOME.

1 *Principe omnes pœnæ ſunt arbitrariæ.*

MILLEL. DCCCCXCI[redacted]

1 OMNES † pœnæ in Principe ſunt arbitrariæ, & poſſet pœnam mortis arbitrari, caſus eſt in l. prima. C. de ſumm. Trinit. & ibi Bald. in repet. Ange. de malef. in verb. caput à ſpatulis am putetur, & ibi Appoſt. Bald. in. l. fin. ff. de ſenat. in. l. legis uirtus. ff. de legib. Fely. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendos, de accuſat. Gramat. deciſ. 36. nu. 12. & uot. 10. in fi.

EPITOME.

1 *Beneplacitum vſquequo duret.*

MILLEL. DCCCCXC[redacted]

1 BENEPLACITVM † ſi ſub nomine dignitatis ponatur perpetuò durat, ſi verò ſub nomine proprio finitur morte. c. ſi gratioſe, de reſcrip. libr. ſexto, ad not. in capit. quoniam abbas, de off. deleg. Ancha. conſil. 217. Corn. conſil. 235. lib. ſecundo. Capy. pulcrè deciſ. 136. vbi diligenter diſtinguens hoc diſcutit. Hinc eſt, quòd ſi Papa conceſsit tibi beneficium vſque ad ſuæ voluntatis pla-

M citum

citum, durabit donec per Papam reuocetur Specul.titu.de emphy. verſ. 178. Paris de Puteo.de ſyndic.verb.officialis,vbi dicit, ꝙ officialis datus ab beneplacitum Sedis Apo. eſt perpet[...], ſecus ſi ſit datus ad beneplacitum Papæ: quia eo mortuo expirat. dicto cap. ſi gratioſe, allegat Bal. in l. iurisper[...]os. ff. de excuſ. tut.

EPITOME.

1 *Meretrices inuitæ compelli non poſſunt ad coitum.*

MILLEL. DCCCCXCIII.

1 QVAMVIS † Dec.& Cagnol.in .l.nemo inuitus.ff.de reg.iur. & Marſ.ſing. 150. dixerint, meretrices poſſe cogi à quolibet ad ſe præſtituendum, cum hoc publicè agant. Tamen Didac.lib.3.var.reſol.c. 14. contrarium accerrimè ſuſtinet. Nam licet meretrix publicè meretricium ſit profeſſa, cogi non poterit corpus proprium ad coitum inuita alicui exhibere,tametſi alijs id commune fecerit.Nec meretrix tenetur quẽquam ad coitũ admittere: quia non tenetur mortale crimen cum quolibet admittere. Ergo conſequens eſt, non poſſe eam inuitam compelli ad coitum, carnaleue commercium cum quolibet habendum.

EPITOME.

1 *Regiſtra an probent.*

MILLEL. DCCCCXCIIII.

1 REGISTRVM † an probet,& ſic an ſufficiat producere regiſtrum, tradunt Fely.in.c.fin.in fin.de fid. inſtr. Lanfran. in cap. quoniam contra,verb. inſtrumen. produc. de prob. Guid.Pap.deciſ.decimanona. nume. 3. & conſ.octuageſimoquarto. verſ. & fuit, Inno.in c.1.de procur. Intellige quando fit per eos, qui habent auctoritatem conficiendi publicam ſcripturam, quę datur eis à Principe, aliàs non faceret fidem: ita tenet Bal.in auth. ſiquis in aliquo.C.de eden. Significat aliquando regiſtrum locum, vbi reponuntur ſcripturæ ſuper rebus geſtis,Bal.in.l.nec exemplum. C.de falſ.tex.in.c.ex literis, vbi Abb. not.de in integ.reſtit.Franc.Marc.deciſ.164.nu.6.& ſeq.par.2.

EPITOME.

1 *Quis poſſit ab excommunicatione abſoluere.*

MILLEL. DCCCCXCV.

1 NOTA † quòd is poteſt ab excommunicatione abſoluere,qui eã tulit, vel eius Superior, qui iudicis partes exercere poteſt, non alius. Franciſ. Marc. deciſ.807. numero ſecundo. par. ſecunda. Sic etenim Epiſcopus abſoluet ab excommunicatione per eum lata, vel Archiepiſcopus in caſibus, quibus iuriſdictionem propriam exercere poteſt inter ſubditos ſuffraganeorum,aut denique ipſe Papa, tex. in cap. per tuas, in cap. ſacro, in. c. venerabilibus, de ſent. excom. S. Thomas in quar.ſent.diſtinct.decimanona. quæſt. ſecunda.art.quinto. Syluester in verb.abſolutio.quæſtio.prima.not.ſecundo.Didac.in ca. fin. prima par. §. duodecimo nu. ſecundo de ſent.excom.lib.6.

EPITOME.

1 *Forenſis num collectari poſſit.*

MILLEL. DCCCCXCVI.

1 QVAESTIO eſt antiqua † an forenſis poſsit collectari? Cõiter affirmatiuè deciditur,ꝙ poſsit,vt not.Bar.in.l.1.ꝑ illum text. C. de aur. coron. libr.decimo. Iaſ. in.l.placet.colum.ſecunda. C. de ſacroſanct. eccleſ.Dec.conſ.358.colum.ſecũ. circa med. Aym.conſ.111. nume.decimo. Intelligas tamen quando ita ſtatutum eſt in loco, uel ita conſuetum eſt, Bar.in.l. filium. §. ſola. ff. de mune. Dec.conſ.694.Neuiz. conſil. 66. colum.1.& ſecũda.qui alios allegat, Rub. conſ. 10. [...] conſil. 60.cum ſeq. Aret.conſil. 132.

EPITOME.

1 *Excommunicatio ligat ignorantem quò ad uinculum tantum.*

MILLEL. DCCCCXCVII.

1 NOTANDVM † eſt dictum ſolenne in pratica,quòd licet excommunicatio liget abſentem & ignorãtem quòad vinculum, non tamen quòad pœnam ante ſcientiam, gl. in.c.quanto.2.q.5.in c.apoſtolicę,de except. c.illud,de cler.excom.min.Rom. conſ. 336. circa.Et ideo ſi excommunicatus iuſtè ignorans excommunicationem celebrauerit, vel alios

alios actus fuerit, non eſt irregularis, Anca. in.c.1.not.6.de conceſ.præb.lib.6. Dida. in. c.fin.par.1.§.10.num.7. de ſent. excommun. lib. 6. Rebuf. in concord. Franc. de excommun.in prin.

EPITOME.

1 *Nouitates fugiendæ.*

MILLEL. DCCCCXCVIII.

1 NOTA † quòd nouitates ſunt fugiendæ. l.in rebus,&.l.minimè.ff.de legib.c.cũ conſuetudinis,de conſuet.c. quod dilectio,de conſang.& affin.Capy.deciſ.148.nu.3.Nouitas enim ſemper in periculo eſt,Butr.in. c.nõ debet,de conſang.& affin.Cepol.conſ.34.colum.3. in fi.Imò arguitur fraus ex nouitate, quando quid tentatur contra ius, Butr. conſil. 42.col.1.Et ideo à nouitate noxia abſtinendũ eſt,Aym.conſ.228.nu. 14.

EPITOME.

1 *In dubio intelligitur inflicta maior excommunicatio.*
2 *Intellectus.c.1.de except.lib.6.*

MILLEL. DCCCCXCIX.

1 QVANDO † comminatur excommunicatio, in dubio intelligitur de maiori. c.fi.de ſent.excom.Et quamuis in pœnis in dubio de minori intelligendum ſit.l. ſi præſes,&.l.interpretatione.ff.de pœn. tamen in excommunicatione,cum ſit medicinalis.c. 1. de ſent. excom. libr. 6.Franc.Marc.deciſ. 857.nu.6.par.2.intelligendum eſt de maiori. Dec.tamen hanc rationem improbat in.l.ſemper in obſcuris,num.9. ff.de reg.iur. & aliam priorem refert, quam meritò reprobat Didac.in.capit.fin.par.prima.§. octauo.numero quinto, de ſentent. excommun. libr. ſexto,& quaſdam alias refert, quas per te uidere poteris, Anca.in cap. ſtatuimus, not. 2. non inelegantem adſert,quam apud eum diligenter le-
2 gas.Aliquid tamen nobis negocij facit † quod ſcribit Papa in. c.1.de excep.lib.6. vbi expreſſè cauetur, quòd obijciens excommunicationem alicui,debet probare,an ſit maior, uel minor. Ecce enim quomodo apertè apparet, ꝙ in dubio neque vnam, neque alteram excommunicationẽ interpr̃ætari poſſumus,ſed probanda eſt in indiuiduo. Tu igitur aduertas, ꝙ ibi Papa præſupponit non conſtare illum eſſe excommunicatum, unde ſpecifica probanda eſt excommunicatio. At in.c.pen. præſupponitur excommunicationem eſſe inflictam, ſed quia non apparet,an maior, uel minor ſit inflicta, uult Papa intelligi de maiori. Scio Scrib.velle, ibi eſſe ſpeciale, ne excipiens uagetur, & cũ periculo honoris alterius illudat actori, iudici & iudicio. Tamen mihi placet ita conſideraſſe pro illorum iurium intelligentia, & ut uitemus miſerorum refugium, dicere eſſe ſpeciale.

EPITOME.

1 *Communitas non poteſt puniri pro delicto ciuium.*
2 *Intellige in delicto momentaneo, ſecus in ſucceſſiuo.*
3 *Niſi illud fecerit ex cauſa.*
4 *Quid ſi illud ratum habuerit?*

MILLEL. M.

1 ADVERTE † quòd communitas non poteſt puniri pro delicto cõmiſſo per ciues, niſi perpetratum fuerit ex propoſito & conſilio, etiam ſi omnes ciues uexillo erecto & pulſata campana illud delictum feciſſent ſine deliberatione. Curt.Iun. conſ.174. num. 33. & conſil. fi. in fi. Dec. conſ. 221 nume. 2. Soc. conſil. 20. colum. 20. libr. 1. Old. conſil. 315. numer. 3. Marſ. in prat. crim. §. conſtante, nume. 47. Iul. Clar. in ead. prat. §. fi. q. 16. verſ. vltimò quæro. Et aduerte quòd quando ad puniendum vniuerſitatem imponitur pœna pecuniaria, pro qua ſoluenda eſſet imponenda collecta, tunc innocentes non contribuunt, Fely. in. c. graue, de ſent. excom. Carrer. in prat. crim. tit. de hom. §. circa quartum, numer. 350. Brun. conſil. 28. nume. 11. Rot. Pedem.deciſ. 90. nume. 9. quia tunc particulares perſonæ puniri debent, text. ſing. in. l. ſemper. §. ſi in ſepulcro. ff. quod ui aut clam. Bar. in.l.aut facta. §. fi. ff. de pœn. Fely. & Dec. in. c. cum omnes, de conſtit. Iaſ. in. §. pœnales, numer. 26. inſt. de act. & conſil. 139. libr. 4. Dec. conſil. 667. numer. 9. 672. nume. 7. Aym. conſil. 21. nume. 8.
2 Hoc † uerum eſt in delicto momentaneo, ſecus in habente cauſam ſucceſsiuam, vt rebellio, tunc ciuitas tenetur, dato ꝙ conſilium & deliberatio non præceſſerint,Anca.cõſ.158. ex narratis in facto, col.4.Fely.in.c.dilectus. 2.in fi.de ſym.Paul.conſ. 114.lib.2.Corn.cõſil.224.lib.4. Brun.conſ.29.Dec. conſ.486. in fi.Bar.in.d.§.fi.Zabar.in clem. 1. col. 8.de

pœn.Affl.deciſ.376.Paris.conſ.21.nu.33.& ſeq.libr.4. Gigas in tract. de crim.læſæ Maie.tit.de rebel.q.12.nume.4. Quod modera
3 † niſi ciuitas hanc rebellionem feciſſet ex cauſa propter iuſtum metum, Imo.conſ.34.in fi. Dec.conſ.690.nu.13. Quòd ſi communitas
4 ratum habuerit delictum commiſſum † an teneatur? explicat Affl.deciſ.176. Iaſ.latè proſequitur.d conſ.139.poſt Anca.cõſ.158. Rot. Pedem.deciſ.138. Rebuf. in concord. Franc. tit.de colla.§.monemus, uerb.vniuerſitas. Petr.à Pla. in epit.delict.lib.1.c.18.

MILLELOQVIORVM IVRIS

SECVNDA PARS EXPLICIT.

INDEX ALPHABETICVS IVXTA ORDINEM MILLELOQVIORVM DIGESTVS.

A.

ACTA ante euocationem facta valent. mill.736 nn.1. 70
Acta coram arbitrio an ſint ſcribenda. mill.877 nn.1. 104
Actor reum extra iudicium interpellet, antequàm eum in ius uocet. mill. 622 nu.1. 36
Actor non comparens reo contumaciam non accuſat. milleloqu. 846 nu.1. 97
Actor abſente reo, etiam debet probare. mill.856 nu.1. 99
Acta coram arbitro probant coram iudice. mill.895 nu.1. 134
Actus quando ſine abſentis præſentia fieri poſſit. milleloqui. 860 nu.1. 100
Adoptiuis filijs an prouiſio facienda ſit. mill.683 nu.1. 55
Aeſtimatio quando faciat emptionem. mill.537 nu.1. 12
Aeſtimo probatur dominium præſumptiuè. mill.511 nu.3. 4
Aetatem quis probat, & quomodo teſtes deponere debeant. milleloq. 549 nu.1. 15
Agricolæ non ammittunt nobilitatem. mill.795 nu.1. 85
Alimenta in cauſa appel. mulier petere poteſt. milleloqu. 690 nu.1. 56
Alienationis appellatione an comprehendatur locatio. milleloqu. 567 nn.1. 20
Ambiguitas in quo conſiſtit. milleloq. 990 nu.1.
Analogia Sicli Templarij. millel. 500 nu1. 1
Appellationem proſequens non uidetur capturam frangere. millel. 646 nn.2. 43
Appellatio remedium & teriaca oppreſſorum. milleloqu. 714 nu.1. 64
Appellatio in dubio recipienda, nec eſt deſerta pronuncianda. ibidem. numero.2.
Appellatio regulariter ab executore non datur. mill.716 nu.1. 65
Si excedatur modus tunc appellatur. nume.2.
Vel ſi dolus committatur in exequendo. num.3.
Ab executione ſemel appellandum. numer.4.
Cauſa grauaminis in appellatione exprimenda. nu.6.
Appellandum an ſit à pronuncia de exequendo. mill.717 nu.1. 65
Appellari poteſt à malè ſententiam interpretaute. milleloqu. 718. nu.1. 66
Appellari non poterit ab interlocutoria inferrente grauamen reuocabile in diffinitiua. milleloqu. 722. nu.1. 67
Appellatio iudicatum ſuſpendit ſupplicatio nequaquàm. millel. 752 nu.1. 74
Appellari an & quando poſſit à ſententia confirmante arbitri ſententiam. Mill.880. nu.1. 105
Appellatione pendente à laudo pœna quidem exigitur, ſed ceſſat principale. mill.887 nu.1. 107
Appellari poteſt ab omiſſione condemnationis expenſarum. Millelo. 948 nu.1. 123
Et an contra Iudicem agere poſsit ſi condemnare omittat. nu.2.
Appellatione deſiſtens an condemnetur in expenſis. Milleloqu. 961 nu.1. 126
Appellationis confirmatio expreſſa & tacita diferunt. Milleloqu. 966 nu.2. 127
Appellationis in deſertione actor tria petit. mill.967 nu.1. 128
Appellans temerè debet expenſas. mil. 969 nu.1. 128

Appellatione ab omiſſione condemnationis expenſarum. milleloqu. 971 nu.1. 128
